Siderio spiritualium lectionū quæ tibi tā per au tenticos q; per disputatores biblioteca fidei catho licæ pfamiliaris ē etiam illa quæ maxime tuarum sci licet aurum minime digna sunt occupare censuram noscere cupis. Siquidem iniungis ut orationem quā uideor ad plebē biturgis in ecclesia sermocinatus: tibi dirigam. Cui nō retho rica particio non oratoria minæ: nō grammaticales figuræ con gruentem decorem disciplinamq; suppeditauerūt. Neq; illic ut exactæ perorantibus mos est. aut pondera historica. Aut poetica schemata: scintillas ue cōtrouersialium clausularum libuit apari. Nam cū me partium seditiones: studia: uarieta tes: in diuersa raptarent: sic dictandi mihi materiam suggere bat iniuria: quod tempus occupatio subtrahebat. Etenim tan ta erat turba competitorū ut cathedræ uni numerosissimos candidatos: nec duo recipere scamna potuissent. Omnes pla cebant sibi: omnes omnibus displicebant. Neq; enim ualui semus aliquid in commune consulere. nisi iudicii sui faciens plebs lenita iacturam: sacerdotali se poti? iudicio subdidisset Presbiterorum sane paucis angulatim fringultientibus porro autem palam ne missitantibus quidem. quia pleriq; non mi nus suum q; reliquos ordines pertimescebant. Igitur dum pu blice totos singuli cauent: factum est ut omnes non aspernan ter audirent: quod deinceps ambienter expeterent. Itaq; pagi nam sume subditis uoluminibus adiunctam. quā duab' uigi liis unius noctis æstiuæ christo teste dictatam: plurimum ue reor: ne ipsi amplius lectioni quæ hoc de se probat quam mi hi credas.

Incipit contio.

Refert historia secularis dilectissimi quendam philo
ophorum discipulis aduentientibus prius tacēdi pa
cientiam: q̄ loquēdi monstrasse doctrinam: & sic in
cipientes quosq; inter disputantium cōsectaneorū cathedras
mutum sustinuisse quinquennium. ut etiam celeriora quorū
piam iugia non liceret ante laudari: q̄ liceret agnoscī. Ita fie
bat ut eosdem post lōgā taciturnitatem loquutos: quisq; audi
re cōperat: non taceret. Q uia donec scientiam natura combi
berit: non maior ē gloria dixisse quod noueris q̄ siluisse quod
nescias. At nunc mediocritatem meam manet longe diuersa
conditio: cui per sū spiriosas uoragini: & flagiorum uoluta
bra gradienti: professionis huiuscē pondus impactum est. Et
prius q̄ ulli bonorum reddam discentis obsequium. cogor de
bere cāteris docentis officium. adicitur huic impossibilitati
pondus pudoris: quod mihi peculiariter paginæ decretalis
oblatu pontificis eligendi mandasti arbitrium coram sacro
sancto: & pontificatu maximo dignissimo papa. Q ui cum sit
sue prouinciae caput: sit etiam mihi institutione facūdia: pri
uilegio: tempore: ætate: præstātor. ego deq; coramq; metro
politanu uerba facturus: & prouincialis: & iunior pariter fero
imperiti uerecundiam: procacis inuidiam. Sed quoniam ue
stro sic libitum errori ut ipse prudentia carens: prudentem
uobis in cuiusquam personam bona multa concurrent. sub
ope christi episcopum exquiram ut noritis huiusmodi assēsu
multum me honoris: plus oneris excipere. Primore loco grā
dem publicæ opinionis sarcinam penditote. quod iniunxitis
incipienti consummata iudicia: Atq; ab hoc rectum consilii
tramitem postulatis: in quo recolitis adhuc nuper erratum.
Igitur quia uobis id fuit cordi: obsecro ut quales nos fide cre
ditis tales intercessione faciatis. atq; digneinini humilitatem
nostram oratioib; potius in celū ferre q̄ plausib;. Primum
tamen nosse uos par est: in quas me obloquiorū scillas: & in
quas linguarum sed humanaꝝ latratus. quorundam uos infa
mare conantur: turbo piecerit. Est enim hæc quedam uis
malis moribus: ut innocentiam multitudinis deuenustēt sce
lera paucorū. cum tamen e diuerso bonorū raritas flagitia mul
torum nequeat excusare uirtutibus communicatis. Sed quē
piam nominauero mōachorum quamuis illum: paulis: anto
niis: hilarionibus: machariis coferēdum sectatæ hereseos pre
rogatiua comitetur: Aures ilico meas incondito tumultu cir

UVA. BHSC. IyR_136_1

eum strepitans ignobilium pumilionum murmur euerberat
conquerentium. Hic qui nominatur inquiunt non episcopi.
sed potius abbatis compleat officium: & itercedere magis pro
animabus apud celestem iudicem potest: q̄ pro corporibus
apud terrenum indicem. Sed quis non exacerbet cum ui-
deat sordidari uirtutum sinceritatem criminatioē uiciorum?
Si eligimus humilem: uocatur abiectus. Si proferimus ere-
ctum: superbire censetur. Si minus iſtitutum: propter impe-
ritiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter
scientiam clamatur infandus. Si seuerum: tamq̄ crudelis hor-
retur: Si indulgentem: facilitate culpatur: Si simplicem: de-
picitur ut brutus: Si acrem: uitatur ut callidus. Si diligentē
supersticiosus decernitur. Si remissum: negligens iudicatur.
Si sollertem: cupidus. Si quietum: pronunciatur ignavius. Si
abstemium producimus: auarus accipitur. Si eum qui pran-
dendo pascat: edacitatis impetitur. Si eum qui pascēdo ieui-
net: uanitatis arguit. libertatē p̄ improbitate cōdemnant. Ve-
recundiam pro rusticitate fastidiunt. Rigos ab austерitate
non habent charos. Blandi apud eos communione uilescunt.
Ac si apud eos utrolibet genere uiuatur: semper hic tamen bo-
narum partium mores pungentib⁹ linguis maledicorum ue-
luti bicipitib⁹ hamis inuncabuntur. Inter hec monasteriali
bus disciplinis ægre subditur: uel populariū ceruicositas. uel
licentia clericorum. si clericum dixerit. sequentes æmulantur
derogant antecedentes. Nam ita ex iis pauci quod reliquorū
pace sit dictum solum clericatus diuturnitatem pro meritis
autumant calculandam. ut nos in antistite consecrando: non
utilitatem uelint eligere: sed ætatem. tamq̄ diu poti⁹ q̄ bene
uiuere debeat accipi ad summum sacerdotium adipiscendum
pro omnium gratiarum priuilegio: decoramēto: lenocinamē-
to. Et ita quippam in ministrando segnes: in obloquendo ce-
leres: in tractatibus ociosi: in seditionibus occupati: i charita-
te ifirmi: in factione robusti: in æmulationum conseruatione
stabiles: in sententiarum assertione nutantes: nititur regere
ecclesiam: quos iam regi necesse est per senectā. Sed nec diu
tius placet propter paucorum ambit⁹ multorum notare per
sonas. hoc solum astruo quod cum nullum proferam nuncu-
patim: ille confitetur repulsam: qui confitetur offensam. Sane
id liberius dico: de multitudine circumstantium multos epis-
copales esse: sed totos episcopos esse nō posse. & cū singuli di-

Ceruicositas . detre-
ctatio: recusatio: duri-
ties: & obstinatio: qua-
re duræ ceruicis ille uo-
catur: qui obsfirmat &
obdurat nō parere: seu
qd tale recusat.

uersorum crismatum proprietate potiantur: sufficere omnes
sibi: omnibus neminem. si militarem dixerit forte personam
protinus in haec uerba consurgitur. Quia de seculari profes-
sione translatus est: ideo sibi assumere metropolitanum de re-
ligiosa congregazione dissimulat. Natalibus turget: dignita-
tum fastigatur i signibus: contemnit pauperes christi. Quia
propter i presentiarum soluam quam non tam bonorum cari-
tati. q maledicorum suspicioni debeo fidem. Viuit spiritus sa-
etis: o potes deus noster: qui petri uoce damnauit simonem
magnum. cur opinaretur gratiam benedictionis precio sese
posse mercari. nec in eo quem uobis oportunum censui: nec
pecuniæ fauere nec gratiae. sed statu satis supercunctis trutinato p-
sonæ temporis. prouinciae: ciuitatis: uirum cuius in cōsequenti-
bus raptim uita replicabitur: competentissimum credidisse. Be-
nedictus simplicius hactenus uestri: iamq ab hinc nostri mo-
doper uos deus annuat, habēdus ordinis comes: ita utriq par-
ti: uel actu uel professioe respōdet: ut & res publica i eo quod
admiret: & ecclesia possit inuenire quod diligit. Si natalibus
seruanda reuerentia est. quia & hos no omitedos euangelista
monstrauit. nam lucas laudatione ioannis aggressus: prestan-
tissimum computauit. qd sacerdotali de stirpe ueniebat. & no-
bilitatem uitæ predicatorus. pri tam extulit familiæ digni-
tatem. parentes ipsius aut cathedris: aut tribunalibus præse-
derunt. Illustris in utraq cōuerione. psapia: aut epis copis flo-
ruit: aut præfectis. ita semper huiusce moribus: aut humanū:
aut diuinum dictare ius usui fuit. Si uero personam suam tra-
statu consilio pensemus. inuenimus illam tenere istic in-
ter spectabiles principes locum. Si dicitis uiros eucherium aut
panichiū illustres haberi superiores: quod hacten? eos esto
putatos sed presētem iam modo ad causam. illi ex canone no
requiruntur: qui ambo ad secundas nuptias trāsierunt. Si an-
nos ipsius computemus: habet efficaciam de iuuentute: de se-
nectute consilium. Si litteras uel ingenium conferamus: cer-
tat naturæ doctrina. Si humanitas requirunda est: ciui: cleri
eo: peregrino: minimo: maximo: eriam supra sufficientiam
offertur: & suum sapienti panem ille potius qui no erat redi-
turus agnouit. Si necessitas arripiendæ legationis incubuit:
non illic semel pro hac ciuitate stetit ante pellitos reges. uel
ante principes purpuratos. Si ambigitur quo magistro rudi-
mentis fidei fuerit imbutus: ut prouerbialiter loquar: domi ha-

buit unde disceret. Postremo iste est ille charissimi: cui in te
nebris ergastularibus cōstituto multipliciter obserata barba
rici carceris diuinitus claustra patuerunt. Iustum ut audiuim
tam socero q̄ patre postpositis ad sacerdotium duci oportere
uociferabamini. Quo quidē tēpore plurimi laudis domum
retulit: quādo honorari parētum maluit dignitate: q̄ propria.
Pene trāsierā quod præteriri nō oportuerat: sub mōse quon
dam sicut psalmographus ait: i dieb⁹ antiquis ut tabernaculi
fæderis forma cōsürgeret: totus israhel i heremo ante besche
lelis pedes oblati ci symbolū coaceruauit impēdii. Salomon
deinceps ut tēplum ædificaret i solimis solidas populi uires
in opere cōcussit: quis palestinor⁹ captiuas opes: & circumie
ctorum regum tributarias functiones australis reginæ sabba
tis gaza cumulauerit hic uobis ecclesiā iuuenis miles: tenuis:
solus: adhuc filius familiæ: & iam pater extruxit. Nec illuma
proposita deuotione suspendit: uel tenacitas sēnum: uel intui
tus paruulorum: & tamē fuit morū factura quæ taceret. Vir
est namq̄ ni fallor totius pluritatis alienus: gratiā non caprat
omniū sed bonorum. nō idiscreta familiaritate uilescens. sed
examinata sodalitate precios⁹: & bono uiratu æmulis suis ma
gis prodesse cupiēs q̄ placere: seueris patribus comparandus
qui iuenum filiorum nō tam cogitant uota q̄ commoda. In
aduersis cōstans: In dubiis fidus: i prosperis modestus: i habi
tu simplex: in sermōe comis: i cōtubernio æqualis: in cōsilio
precellens. Amicitias probatus enixe expetit: constāter repe
tit perenniter seruat. Inimicitias indictas honeste excusat:
tarde credit celeriter depōit: maxime ambiēdus quia minime
ambitious: Nō studet suscipere sacerdotiū sed mereri. Dicet
mihi aliquis. Vnde tibi de illo tam cito tanta comperta sunt?
Cui respōdeo. Prius biturges nouerā: q̄ biturgas. Multos i iti
nere: Multos i cōmilitio: Multos in cōtractu: Multos in tra
ctatu: Multos i sua: Multos in nostra peregrinatiōe cognosci
mus. Plurima notitiæ dātur & ex opinione cōpendia: quia nō
tam paruos terminos posuit natura famæ: q̄ patriæ. Quo cir
ca si urbium status nō tam muroꝝ ambitu: q̄ ciuū claritate
taxandus est: nō modo primū qui essetis: sed ubi essetis agno
ui. uxor illi de palladioꝝ stirpe descendit: qui aut litterar⁹: aut
altariū cathedras cum sui ordinis laude tenuerūt. Sane quia
persona matronæ uerecundā & succinctam sui exigit mentio
nem: cōstanter astruxerim respondere illam feminā. sacerdo

ciis utriusq; familiæ. uel ubi educta creuit Filios ambo bene
& prudenter instituit: quibus comparatis pater inde felicior
incipit esse: quia uincitur: & quia sententiam paruitatis meæ i
hac electione ualitatem esse iurastis: siquidem non est ualidi
dicere sacramenta q; scribere. In nomine patris & filii: & spiri
tus sancti simplici² est: quem prouinciat nostræ metropolita
num ciuitati uestræ summum sacerdotē fieri debere pronun
cio. Vos autem de uiro de quo loquimur: si nouam sententi
am meam sequimini: secundum uestram ueterem consonate
Memor nostri esse dignare domine papa.

Sidonius papæ auspicio salutem.

Si ratio temporum regionumq; pateretur: nō per so
la officia uerborum amicitias semel initas excolere
curarem. Sed quoniam fraternæ quietis uoto satis
obstrepit cōflictantium pcella regnoꝝ saltim inter discretos
separatosq; litterarum consuetudo sermonis iure retinebitur
Qui iam pridem charitatis optentu merito inducta ueterib;
annuit exemplis. Superest ut sollicito ueneratori culpā raræ
occursionis indulgeas: Quæ quo minus assidue cōspect² tui
sacro sancta contemplatione potiatur: nunc periculum de ui
cinis timet: nunc inuidiam de patronis. Sed de iis ista hæc eti
am multa sunt. Interim petrum tribunicium uirum portito
rem nostri sermonis iñiñuo: qui idipsū sedulo exposcit: quicq;
quid negocii ferat præsentaneo compendiosius potest itima
re memoratu. Cui precor quod in uobis est opis intuitu pagi
næ præsentis accedat manete respectu nihilominus æquita
tis: Contra quam nec magis familiarium causas commēdere
consueui. Memor nostri esse dignare domine papa.

Sidonius domino papæ græco salutem.

Tu video fælicitati cōsuetudinarii portitoris: a quo cō
tingit saepius uos uideri. Sed quid de amatio loquar
cum ipsas quoq; litteras meas æmuler: quæ sacrosa
etis reserabunt digitis: ispicientur obtutibus. Et ego istic in
ter semiustas muri fragilis clausus agustias belli terrore cōti
gui desiderio de uobis meo nequaq; satisfacere promittere:
Atq; utinam hæc esset aruernæ forma uel causa regionis: ut

minus excusabiles iudicaremus. Sed quod est durius: per iusticiæ nostræ merita conficitur: ut excusatio nobis iusta non debet sit. Quod circa salutatione presata sicut mos poscit officium magnopere deposito: ut iterum remittatis occursonis debitum uel uerba soluenti. Nam si comeandi libertas pace reuocetur illud imagis uerebor: ne assiduitas presentiae meæ sit potius futura fastidio. Memor nostri esse dignare domine papa:

Sidonius ferreolo salutem.

Si amicitia nostræ potius affinitatis quam personæ tuae tempus: ordinem: statum cogitaremus: iure uobis hoc opere quâtulumcunq; est primæc; titulorum rubricæ: prima sermonum officia dedicarentur: Isset per auctoritatem tibi stilus noster patricias curules nihilominus infulas eruenteraturus non tacuisse triplices præfecturas. Et syagrio tuo prototiens mutatis preconibus præconia non negasset: patrem inde patruosque minime silendos percurrisset: & qualibus posset triumphalibus adoreis familiæ tuæ defatigari: non tamenea tenus explicandis antiquorum stemmatibus exinaniretur: ut ob hoc ad narrâdam gloriam tuâ fieret obtusior: Qui si etiâ in scribendis maiorum tuorum uirtutibus fuisset hebetatus: tuis denuo meritis acuminaretur. Sed salutationem tibi debitam destinatur: non quod fuisses: sed quid potius nunc essemus considerauit. Pretermisit gallias tibi administratas. tunc cum maxime incolumes erant. pretermisit attilam rheni hostem: thoris modum rhodani hospitem ethium ligeris liberatorē solatæ dispositionum salubritate tollerasse: propter quæ prudentiam tantam prudenter currū tuum pruinciales cum plausuum maximo accentu spontaneis subisse ceruicibus: quia sic habebat galliarum moderare: ut possessor exhaustus tributario iugo releuaret. prætermisit regem gothiæ ferociissimum. inflexum fatu tuo melleo: graui: arguto: iusitato: & ab arelatensis portis quem ethius non potuisset prælio te prandio remouisse. Hæc omnia prætermisit speras cōgruentius tuum salutem pontificum quod senatorum iam nominibus adiungi: censuitque iustius hieros inter prefectos christi: quod si inter prefectos ualentiniani consti tuere. Necque te sacerdotibus potius admixtum uicio uertat maligni interpres. Non gradus ordinum ignorantia tenet: & hinc aliquid derogaturos: quia sicuti cum epulum festiuitas publica

Adoreis palmis: uictoriis palmaribus: ab adore hoc ē farre: quippe ex auctoritate plini ana censemib; roma nis illos fortunatores: qui plurimum farre su perflueret. Claudian⁹ in laude stilonis. hæc omnes ueterum reuocauit adorea laurus.

facit: prior in priore mensa cōuiua: postremus ei qui fuerit in secunda: sic absq; cōflictatione præstantior secundum hono rū sententiam cōputatur honorato maximo min' religiosus.

Sidonius sulpicio suo salutem.

Symerius antistes filius tuus not' mihi hactenus: pa rum uultu: satis opinione: quæ quidem i bonā par em porrigebatur: lugdunum nuper a trecessib' ue nit: Quo loci mihi raptim ac breuiter inspectus factum episcopum lupum facile principem pontificum gallicanorū suæ tam p̄fessiōis magistrum q̄ dignitatis auctōrem morū uobis imitatione restituit. Deus bone quæ uiro cēsura cum uenusta te: si quid uel deliberet forte uel suadeat habundat animi sale cum consulitur: melle cum cōsulit. Summa homini cura de litteris: sed maxime religiosis: In quibus eum magis occupat medulla sensuum q̄ spuma uerborum. Tota illi actionū sua rum intentio celeritas: mora: christ' est. Quodq; mirere uel laudes nihil ociosum facit: tū nihil faciat non quietū. Ieiuniis delectatur: eduliis adquiescit: illis adhaeret: propter consuetudinem crucis: istis flectitur propter gratiam charitatis. Sum moustrūq; moderamine: quia cōprimit quoties prādere statuit gulam: quoties abstinet iactantiam: officia multiplicat propria: uitat aliena. Cūq; ipsi uicissim deceat occurri: gratius habens si bī mutu' honor debeatur mage q̄ rependatur. In cōuiuio: itinere: confessu. inferioribus cædit. Quo fit: ut se illi uoluptuosius turba postponat superior. Sermonē maximo tem peramento cum colloquēte dispensat In quo nō patitur aut ullam uerecundiam externus: aut familiaris iniuriam: aut crudulus inuidiā: aut curiosus repulsam: aut suspiciosus nequiciam: aut peritus calumniā: aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbæ in ecclesia seruat: in foro serpentis astuciam bonis prudens: malis cautus: neutrīs callid' iudicatur. Quid plura: Totum te nobis ille iam reddidit: totā tuam temperātiā: religionem: libertatem: uerecundiam & illam delicate mētis pudicissimam teneritudinem iocunda similitudine ex pressit: Quia propter quantum uolueris deinceps frui secreto indulgere secessui: licebit indulgeas. quandoquidem nos i fratre meo hymerio: auum nomine patrem facie: utrumq; prudētia iam teneamus.

Incandui. excandui:
inacui . Flāne⁹ effect⁹
sum: & igneus: īde uox
talis originat. Inacuit
appule⁹ posuit ex Pla
utina officina mutua
ra dictione. Sicenim il
le i aulularia Ita mihi
pectus pacult.

Roxime iter summates uiros (erat enim frequēs or
do) Vestri mentio fuit. Omnes de te boni in cōmu
ne senserunt omnia bona: cum tamen singuli quiq
uaria uirtutū genera dixiſſet. Sane cum sibi quipiam de pr
sentia tua quasi te magis nossent: præter æquum gloriaretur
incandui. Quippe cum dici æquanimiter non admitterem:
uirum omnium litterarum uicinibus rusticis: q̄ institutis
fieri remotioribus notiorem: Processit in ulteriora contēcio:
Et cum aliqui super hoc errore peruicaciter controuersaren
tur: (idiotarum siquidem est: sicut facile conuinci: ita diffici
le compesci) constanter aſſerui ſi eloquentib⁹ amicis numq
agnicio contemplatiua proueniat eſſeasperum: utcumq; tol
erable tamen quia præualeant ingenia ſua: quorū curam qui
bus imperitia ciuica peregrinatur ad remotarū desideria pro
uinciarum: ſtilo adminiculante porrigere: per quem ſepe nu
mero absentum dumtaxat institutorum tant⁹ colligitur affe
ctus: quantus nec præſentanea ſædulitate conficitur. Igitur
ſi ita eſt deſiſtant calumniari communis abſtinētiæ neceſſi
tem uultuum mage q̄ morum prædicatores. Evidem ſi hu
mana ſubſtantia rectius mole q̄ mente cenſenda eſt: plurimū
ignoro qđ ſecundum corpulentiam per ſpacia q̄uis porrecta
finalem i homine miremur. Q uo mihi æque miſerum deſti
tutumq; naſcendi conditio produxit. Q uippe cum præbeat
tamq; ab aduerso boni pilus apro ſeta uolucri pluma uelutum
quibus inſuper ut uim uel inſerant uel repellant: cornu: dens
unguis: arma genuina ſunt: membra uero noſtra in hunc mun
dum ſola ceneſas eiecta: cumq; gignendis artub⁹ animalium
cæterorum multifario natura præſidio quaſi quædā ſinu pa
tenate mater occurrat: humana tantum corpora effudie: quo
rum imbesillati quodam modo nouer caretur. Nam illud ſi
cut i ego ceneſo qui animum tuum membris duco potiorem
non habet æqualitatem: quod ſtatum noſtrum ſupra pecudes
ueri falsiq; nescias ratiocinatio animæ itellecualis euexit: Cu
ius ſi tantisper ſubimoueant dignitatem iſti qui amicos ludifi
cabundi non tam iudicialiter q̄ oculariter intuent̄: dicant ue
lim in hominis forma quid ſatis præſtans: quid ſpectabile pu
tent. proceritatem ne? Q uasi non haec ſaþe congruentius

trabibus aptetur: An fortitudinem: Quæ ualētior i leoninæ
ceruicis thoris regnat: An decorum lineamentorum: Quem
crebro melius infigit: & argilla simulachris: & cæra picturis.
An uelocitatem: Quæ competentius canibꝫ ascribitur: An
uigilantiam: cui certat & noctua: An uocem: Cui nō cesserit
asinus claritate: An īdustriam: cui pro suo modulo compara
ri non formica formidat. Si forsitan præferunt uim uidendi:
tamqꝫ non sit eminentior uisus aquilarum. Præferunt audien
di efficaciā: tamqꝫ sus hispidus non antistet auditu: præferunt
odorandi subtilitatem: tamqꝫ non præcedat uultur olfactu.
Præferunt gustandi discretionem: tamqꝫ non plurimum hinc
nos cedam: & simio. Quid de tactu loquar quinto sensu cor
poris nostri quem sibi indifferenter tam philosophus q̄ uermi
culus usurpat. Taceo hic de appetitibꝫ illecebrosis quos in
coitum motui beluino carnis humanæ uoluptas inclinata cō
municat. Ecce quā miseriā præferunt excoluntq; qui mihi
quod eis solo sis obtutu notior: turgidi insultant. Ast ego illū
semper filagrium uideo: cuius si tacentis uiderem faciem: fila
gium non uiderem. Vnde illud simile uulgam est quod ait
quidam in causa dispari: sentētia pari. filium marci ciceronis
populus romanus non agnoscebat loquentem. Conclamata
sunt namqꝫ iudicio uniuersalis scientiæ dignitas: uirtus: præ
rogatiua: cuius ad maximum culmen meritorum gradibꝫ af
cenditur. Primum etiam bestiale corpus: si iam forte forma
tum est: dignitate transcendent materiam informem. Deinde
formato præponitur corpus animatum. Tercio præcedit ani
mam pecudis humanus animus. Quia sicut inferior est caro
uitæ: sic uita rationi: cuius assequendæ substantiam nostram
cōpotem deus artifex formam uero impotem fecit. Ita tamē
qd. in statu mentis humanæ pollet bipartita cōditio. Nam si
cū animæ humanitus licet ratiocinantes: hebetes tamen pi
grioresq; prudētum acutarumq; calcantur i genio. Ita si quæ
sunt: quæ naturali sola sapientia uigent: hæc peritarum se me
ritis superueniri facile concedunt. Quorum ego graduum
differentiam obseruans illum filagrium cordis oculo semper
inspicio cui me animus potentialiter notum morum simili
tudine facit. Nam licet bonis omnibus placens: nemo te ua
lut itrinsecus plus intueri: q; qui forinsecus affectat imitari.
Sane qualiter studiorꝫ tuorū consecutaneꝫ siam cōsequa pagi
næ parte reserabit. Amas ut cōperi quietos: ego & ignauos.

Cōsequa, cōsequētē:
sequiore: reliqua: sub
teriore. eadem dicendi
figuri: confraga pro
confragosa præcipiti:
fædera apd priscos: qd
agellius enotauit pro
fæderata. Ouidius quo
q; in libro de arte amā
di usus est hac elocutio
ne. Cum certa uidebit
hostis: Tunc pete cōcu
bitus fædera: mitis erit
qui locus ad hanc usq;
diē pceptus haud fuit.

Barbareas uitas quia mali putetur: etiam ego si boni: lectioni adhibes diligentiam: ego quoq; i illa parum mihi patior noce re desidiam. Completes personam religiosi: ego uel imaginem Aliena non appetis: ego etiam referto ad quæstum si propria non perdam. delectaris contuberniis eruditorum: ego turbā quamlibet magnam litterariæ artis expertem maximam solitudinem appello. diceris esse lœtissimus: ego quoq; lacrymas omnes perire deffinio quas quisq; pfuderit quictiens deo sup plicat humanissimus esse narratis: nostram quoq; mensulam nullus ut specum poliphemi hospes exhorruit: Sūma clemētia tibi in famulos esse perhibetur: nec ego torqueor: si mei quoties peccauerint non toties torqueant. Ieiunandum alternis putas: non piget sequi: ad prandendum non pudet praenire. de cætero si uos a me uideri christi munere datur: ita gaudeam: tamq; cui de te nec minora subtracta sit. Porro autem quæ sint in te maiora iam satis noui. Propter quæ fieri facilius potest: ut & si quandoq; faciem tuam corā positus ispero aliqua de te recēs mihi lœtitia potius q̄ sententia accedat.

Sidonius salonio salutem.

Quod ueniā uenio emptum maximo uelim: ut te fratremq; communem colonum ciuitatis habito plus haberet. q̄ mihi nō amore solum uerum etiam professiōe sociamini. Sed & ille imputationē meam prætextu frequentatae suburbanitatis eludit: per quā efficitur: ut uobis: nec presens ipse nec reus sit. & tu habes quo te iterum excuses. quia te diu possidēt. uix recepta possessio: quidquid illud est iam uenite. hac deinceps conditione discessum impertrari: ut aut uicissim redeatis: aut serius. Namq; licet iuri possenti strenuos impleatis agricolas: tu uero propriam terram fæcundabitis: si ecclesiam quam plurimum colitis. plus calatis.

Sidonius chariabaldo abbati salutem.

Acis o' unice i xpō patronē rē tui piter & amoris & misericordiæ: q̄ peregrini curas amici litteris mitigas consolatoriis: atq; uter mei semper sic recorderis ut sollicitudines ipsas.

ágōr succiduo cōcathēnatas q̄ exhortator attenuas: itecessor
icidas: De cetero libertos tuos causis quas iniunxeras expedi
tis: reuerti puto: quos ita strenue constat rem peregisse ut
nec eguerint adiuuari. Per quos nocturnalem cucullum: quo
membra confecta ieuniis interorandum cubandumq; dignā
ter tegare transmisi: quamq; nō oportune species uilloſa mir
tatur hyeme finita iamq; temporib; æstatis appropinquatib;

Sidonius uolumiano suo salutem.

Vbes me domine maior lege amicitiae quam nefas
lædi iam diu desides digitos incudibus officinæ ue
teris imponere. Et sancto abrahæ defuncto neniam
funebrem luctuosis carminibus inscriber. Celeriter iunctis
obsecundabo cum tua tractatus auctoritate: cum principali
ter amplissimi uiri uictoriæ comitis deuotione preuent: quē
iure sæculari patronū: iure ecclesiastico filiū: excolo ut cliens
ut pater diligo. Q uis satis docuit quæ sibi aut qualis erga fa
mulos christi cura ferueret: cum thorum circa decumbentis
antistitis non dignitatē minus q̄ membra curuatus ac supra
uultum ppinqua morte pallētem dolore cōcolor fact: quid
uero uellet lacrimis indicib; ostēderet. Et quia sibi maximas
humādi funeris partes ipse præripuit: totum apparatu super
currentis impendii: quod funerando sacerdoti cōpeteret: im
partiens saltē ad obsequium quæ remanerunt uerba confe
rimus. Nihil aliud exaraturi Stili sculptoris impressu: q̄ testi
monium mutuæ dilectionis. Cæterum uiri mores: gesta: uir
tutes: indignissime meorum uilitate dictorum pōderabūtur.

Incipiunt uersus.

Braham sanctis merito sociande patronis
Quos tibi collegas dicere non trepidem.
Nam sic præcedunt ut mox tamen ipse sequare
Dat partem regni portio martyrii:
Natus ad eufraten p̄ christo ergastula passus.
Et quinquennali uincula laxa fame
Elapsus regi truculento fusidis oræ
Occiduum properas solus adusq; solum.

Fracta tito . Capta
scribe ex antiquiorib⁹
exemplaribus: & hieroso-
lyma intelligit : quam
obseruato die sabbati
quo ferias ferias īne-
gociosi agit iudæi cœ-
pit: bacchatim ḏpopu-
latus est. De hac uicto-
ria scribit hæc epigrā-
maticus . Fī idumæos
meruit cūpfe triūphos
Valerius flaccus. ples-
tua cœpit idumē. Nāq̄
pōt: solymo flagrātem
puluere fratrem. Iactā-
tēq̄ faces: & in oī turre
furētē. Lanigerō de-
stie. nodus subobscur⁹
supra gordiana loram̄
ta. legim⁹ apd abrosiū
in quadā epistola cū a
gallicanis populis ini-
tū ūlili foret: & delibe-
ratio: stareq̄ urbē cō-
def: eruto & exfossa so-
lo ūuenisse: mīrū dictu:
suē dimidiati lanacā: a
quo portento mediola-
niū cē mox nūcupatū.
ab eo. s. apro ex media
pte lanato . Quod ici
dēter occurrit & oī ou-
tōp̄p̄yā corrigē clau-
diani uersū hūc i libro
de nuptiis honoris: qđ
aī nos p̄ceptum demē
bratūq̄ depositū face-
bat . Cōtinuo sublime
uolās ad mænia gallis
cōdita : lanigeris ouis
ostētātia pelle. Tu scri-
be lanigeræ suis. Se
quaces . illiberalis uox
sequax ē in hoc signifi-
catu usurpata : q̄ bar-
barior: incultior est ea
quaē iudo & in saliu-
narat cōplices . Sequa-
cē fane materiā Plini⁹
appellat ihæretē: & ad
pliōre nexus ūuenitē
Caterum latinorum consonus astipulatus: & eloquii mundiciles: nitor: & scitior modulatio refu-
git: & abhorret uti sequacem dicamus hominem: fulgētius tamē utit in mythologiis.

Sidonius constantio suo salutem.

Te principium tibi desinet: Nam petitum misim⁹ opus raptim relectis exemplaribus quæ ob hoc in man⁹ paucas uenerūt: quia mihi nihil de libri huius et conscriptione meditanti hactenus incustodita nequeunt inueniri. Sane ista pauca quæ quidem & leuia sunt celeriter absolui quamq; incitat⁹ semel animus necdum scripturire desineret: seruans hoc sedulo genus temperamenti: ut epistola rum non produceretur textus: si numerus breviaretur. Pariet & censui librum quem lector delicatissimus desiderares & satis habilem nec parum excusabilem fore. si quoniā te sensuum structurarumq; leuitas poterat offēdere: mēbranarum certe fascibus min⁹ onerarere. Cōmēdo igniarios iudicio tuo nostri pectoris motus minime ignarus qđ ita mens pateat in libro ueluti uultus in speculo. dictaui enim quaepiā hortādo laudando plurima: aliqua suadendo: mārendo pauca. locan doc⁹ nōnulla. Et si me uspiam lectitauisti in aliquos consitio rem scias uolo christi dextera opitulante me numq; toleraturum animi seruitutem. compertissimum tenēs bipartitam super iis moribus hominum esse censurā. Nam ut timidi me temerarium: ita constantes liberum appellant. Inter quæ ipse decerno satis illius iacere personam: cui⁹ necesse est latere sentētiam. ad propositum redeo. Interea tu si quida lectionis sacræ continuatione respiras: iislicebit nenii auocere. Nec faciet materia ut imensa fastidium quia cum singulæ causæ singularis ferme epistolis finiatur: cito cognitis in quæ oculum intenderis: ante legere cessabis qđ lecturire desistas.

C.S. Liber septimus explicit.

Incipit octauus. Sidonius petronio suo salute m.

At quidem pulchre. Mos hic tuus & perseuera uir omnium bonorum qui uspiam degunt laude dignissime: qđ amicorum gloria sic ubi loc⁹ lenocinaris. Hinc est quod etiam scrinia aruena petis euentilari cui sufficere suspicabamur si qđ supiorū uulgatu ptulissim⁹. Itaq; morē gerem⁹ iunctis: actionē tū stili eaten⁹ progaturi ut epistolarū

Scripturire. scriptio nem affectare. parturi re desiderium quoq; Lui uo significat libro primo de secūdo punico bello. Et quod animus uester iam dudum parturit: tandem pariat. Sipliciter id quoq; ponitur. Naso. Ingentes parturit i minas. Catutio noue quoq; pulit epigrammatita. esurit uacerra nō cactaturit. Sunt quoq; i. rio. uerba exentia: nec de siderium significantia. ut palam eit in scalpru rio uerbo plautino ex aulularia: quod peculiare galli gallinacei cū terram scalpit: ni lege remalles inibi scaleuri re: scaleuo. n. apd græcos genuinū uerbum est gallinaceo unguis tellure scalpent⁹. *αγάνθελευσεσταρε* reus inquit. hoc est capra scaleu prius: cū & id propriū sit: & dome sticum galli. hoc. n. puerbio *αγάνθηλευσεσταρε* hoc est capra gladium cauillamur i eos: qui sibimet necē & danū moluntur: qđ ob litū secespitoris forte gladium capra refudit & exobruit.

seriē nimirū a primordio uoluminis inchoatae ī extimo fine
parui adhuc numeri summa prötendat opus uidelicet expli-
cītum quodā quasi marginis sui limbo coronatura. Sed plus
cauendū est ne sera propter iam propalati augmēta uolumi-
nis: in aliquos forsitan incidamus uituperones: quorū fugere
linguas cote liuoris naturaliter acuminatas: nec demosthenis
quidē ciceronisq; sentētiae artifices & eloquia fabra potuere.
Quorū anterior orator demadē: citerior antoniū tolerau-
re derogatores. Qui liuidi cū fuerint malicia clare, dictionis
obscure: tamen ad notitiā posteriorū per odia uirtutū decur-
rerunt. Sed quia hortaris repetitis laxemus uela turbinibus;
& qui ueluti maria trāsmisimus: hoc quasi stagnū pernauige-
m'. Nam satis habeo deliberatū: sicut adhibēdā in cōscriptio-
ne diligentia: ita tenendam in editione constantia. Demū ue-
ro mediū nihil est. Namq; aut minimum ex hisce metuendū
est: aut per omnia omnino conticefcendum.

Sidonius Ioanni suo salutem.

Q Redidi me uir peritissime nefas in studia cōmittere
si distulisse prosequi laudib' quod aboleri tuleras:
Quarū quodāmodo iam sepultarū suscitator: sau-
tor: allertor cōcelebraris: tecq; p gallias uno magistro sub hac
tépestate bellorū latina tenuerūt ora portū: cum pertulerint
arma naufragiū. debet igit uel æquæui uel posteri nostri uni-
uersatim feruentibus uotis alterū te ut demosthenē: alterū ut
tullium: nūc statuis si liceat cōsecrare nūc imaginib': q; te do-
cēte formati iſtitutiq; iā ſinu ī medio ſint gētis ſuictæ: quod
tamē aliena taliū uetustorū signa retinebūt. Nam iā remotis
gradib' dignitatū p quas solebat ultimo a quo ſumm' quicq;
discerni: ſolū erit post hac nobilitatis idicium litteras noſſe.
Nos uero cæteros ſupra doctrinæ tuæ beneficia cōſtringūt:
Quibus aliquid ſcribere affuetis quodq; uēturi legere poſſit
elaborantibus. Saltem de tua ſchola ſeu magisterio cōpetens
lectorum turba perueniet. Vale.

Sidonius leoni ſuo ſalutem.

P Pollonii pithagorici uitā nō ut nicomachus ſenior
ephilostrati: ſed ut roſcius uictorian' e nichomachi
ſchedio expreſſit: q; a iuſſeras miſi: q; dū priæ ſeftino

Schedio. pagia poe-
mate: codice primario
prothotypo. Schedia
ex auctoritate ſeruiana
græci uocat mala poe-
mata. Nos qdē nō ma-
la, ſed certe ſchedia ſci-
muſ eē uolumina prio-
rudatu: & opificio de-
formata. Nō adhuc læ-
uigata: aequata: expoli-
ta: atq; cælata ad ūguē
& ad ultimā ſumatio-
ne. Ide oχεις ſω uer-
bi græcu ē: qd utiq; fi-
gnificat, rē ruditer inci-
pio: auſpicor deliniā:
dformat: & ptes rudio-
res abradere. αὐτοσχ
αδιος ἀπλιο græcis ap-
pellaſ forma ex rudita-
te: & impolitic delibra-
ta: atq; cliniata fabro:
& artifici magiſterio.
Appulei⁹: ut ait lucili⁹
iſto ſchedico & ſcōdito

Opica sordida: abiecta: ignata. opicū: auctore pōpeio: suenimus quoq; p oseco. oscis. n. frequē
tissimus fuit usus libidinum spurcarum: unde & uerba impudentia appellantur oscena. Titinius
osce & uolce fabulantur: nam latine nesciunt. plinius sub catouis persona ait. barbaros nos uo
cant: & opici appellatione dedecorant. opicos mures scdos: putidos: & aspernabiles iuuenialis di
celeriter eiecit ī tumultuariū exēplar: turbida: & preceps:
& opica traslatio Neq; mihi rem credito: diuturnius elabora
tam uicio uertas. Nādum me tenuit inclusum mora meniū
liuianorum: cuius īcommodi finem post opem christi tibi de
beo. Nō ualebat curis animus æger saltim saltuatim tradēda
percurrer: uunc per nocturna suspiria: nūc p diurna officia di
stract². Ad hoc & cū me d̄fatigatū ab excubiis ad diuersoriū
crepusculascēs hora reuocauerat: uix dabat lumib⁹ īflexis pu
ula qes: Nā fragor illico quē mouebat uicinātes: impluuiio cu
biculi mei duæ quæpiā an² getides: qb⁹ nō ūq litigiosi²: biba
tius: uomatius erit. Sane cum primū reducialiquid ocii fuit:
impolitum hunc semicrudumq;: & ut aiunt tamq; musteum
librū: plus desiderii tui q officii mei memor obtuli. Quo cir
ca sepone tātis per pithicas lauros: hypocrenēq;: & illos carmi
num modos tibi uni tantū penitissime familiares: quod tamē
doctis ut es ipse psonis tā fōte q frōte sudant. Suspēde poran
di illud quoq; celeberrimū flumen: quod nō solū gētilicium
sed domesticum tibi: quodq; ī tuum pect² per succiduas æta
tes ab atauo frontone trasiunditur. Sepone pauxillulum ī cla
matissimas declamationes: quas oris regii uice cōficiis: quib⁹
ipse rex inclytus modo corda terrifitat gētium transmarina
rum: modo de superiore cum barbaris ad uacalim trementi
bus fædus uictor īnodat: modo per promotæ limitem sortis
ut populos sub armis: sic frenat arma sub legibus. Exuere ut
cumq; cōtinuatisimis curis: & ocium tuum molibus aulicis
motibusq; furare historiā flagitatā tūc recognoscet oportune
cōperenterq;: si cū tyaneo nostro. nūc ad caucasū indūq; nūc
ad ethiopū gīmnosophistas: indorūq; bracmanas totus lectio
ni uacās: & ipse quodammodo peregrinere. lege uirum fidei
catholicæ pace præfata in plurimis similem tui: idem a diui
tib⁹ ambitū: nec diuitias abientē: cupidū sciētiæ: cōtinētē pe
cuniæ: iter epistolas abstemiū: iter purpuratos linteatū inter

teones ant plurarios: aut colorum: atq; tintores: ubi non loquitur nisi de hisce uellerum artificiis
cibus. Linteones in hoc significatu leges apud Vegetum libro tertio.

Musteum, recens
nuperimum. Martia
lis. Musteus est, prope
ra: ch.ros nec differ
amicos. Mustum no
uellum etiam recte di
citur. Neuius gymna
stico. Vtrum sit melius
uirginem an uidiuam:
Virginem si multa est.
Vinum recens ob hoc
dictum mustum. Medi
trīalia sacra uocitabāt
quaē potū mustum fa
ciebant hoc præfami
no. Vetus nouū uinū
bibo. ueteri nouo mor
bo medeor. Linteatū
philostratus recēset cō
petenter apollonium
linigerū processisse fer
me semper: quoniā illa
uestis uidebatut eē pu
rior: sincerior: mūdior
uellere quod equidem
de sordidissimis anima
libus eglubit. Tyaneus
ut inquit philostratus:
a tyana graca ciuitate
nuncupatus fuit. Sed a
linteo linea amictu lin
teamina cōtexētes lin
teones appellātur: Ri
simus pridem bellos in
terpretes plautinos in
aulularia pro polinto
ribus linteones īterp
tates: q linteones līteā
mīnum textores appell
ent docet seruī atnei
dos libro septimo. Aut
quia maiores stātes te
xebāt: ut hodie linteo
nes uideamus. Firmicus
maternus libro secūdo
matheseos scribit uene
rem ī quadrupedib⁹
obcurrentem facietlin

Alabastra . myrothe
cia: narthecia: ungēto
rum loculamēta : & ac
ceptabula. Cicero: iue
nies: quibus alabastra
ungenti plena putere
uideantur. In alabastri
te lapide cōmode ser
uabantur. Malobatra
tos. malobatros ungu
nosos: eoq; capillitum
tornatū & calamistrā
tū delibutos. maloba
trum genus est ungēti
qd ex a syria defertur.
Tinctos malobatros af
syrio capillos ingt ora
tius. Plinius proflueret
& edocenter de malo
batro scribit libro. xiii.
naturalis historiæ.

Oblata. Nos posside
m⁹ præceptoris nostri
philippi beroaldi largi
tate: quem honoris: &
amoris grā nominauimus
philostratum uitā
tyānei compositissime
describētē: ubi enotat
apollonium: munera
quædām spreuissē. quæ
erant philosophicæ p
fessioni nō accōmoda:
quædā grate & comi
ter excepisse: quemad
modū camellos bactri
nas: quibus uectus in i
diām profectus ē. Idē
obseruavit auctor dui
tiarū cōtemptorem ni
mium extitit: ut pote
sapicule deum sic ado
rantem & rogantem.
Iuppiter mihi ānue: ut
nihil hēam: nullius rei
indigeam. erat hydro
pota lōni et cibi mode
stissimi & modicissimi.

Cōcinentiam. cōmē
sum cōrespōsum: symē
trian. a cōcinenēdo hoc
est correspōdēdo uox
Inflexa.

alabastra censorium cōcretum. hispidum: hirsutum: i medio
nationum delibatas: atq; inter satrapas regum tyaratorum:
mytratos pumicatos: malobatratos uenerabili squalore pre
ciosū: cumq; proprio nihil esui: aut induitū de pecude confer
ret: & regnis ob hoc quæ perrauit non tam suspitioni: q; fuis
set suspectui: Fortuna regum sibi in omnibus obsecundante:
illa tantum beneficia poscentem: quæ mage sit suetus oblata
præstare q; sumere. Q uid multis? Si uera metimur estima
musq; fors fuat an philosophi uitæ scriptor æqualis maiorū
temporibus accesserit certe par sæculo meo per te lector ob
uenit. Vale.

Sidonius consentio suo salutem.

Dnquam ne nos dei nutu domine maior una uidebit
ille ager tuus octouianus: nec tuus tantum quātum
unicorum. Qui ciuitati: fluui: mari proximus
hospites epulis: te pascit hospitibus. Præter hec: oculis intue
tium situ decorus: primore loco: quod domicilium parietib;
attollitur: ad concinnētiam scilicet architectonicam fabre lo
catis. Tum sacrario: porticibus: ac terminis cōspicabilibus la
te coruscās. ad hoc agris aquisc̄: uinetis: atq; oliuetis. uestibu
lo: campo: colle. Amænissimus iam super penum: uel supelle
ctilem copiosam thesauris biblioteralibus large refertus: ubi
ipse dum non minus stilo q; uomeri incumbis: difficile digno
scitur domini plus ne sit cultū rus an ingenium. hic tu igitur
quantum recordor: citos iambos: elegos acutos: ac rotunda
tos endecasillabos: & cætera carmia inusicos flores: thimūq;
redolentia nunc narbonensisibus cantitanda: nunc bituren
sibus ambiendū celerius an pulchri? elucubrasti. apud æquæ
uos gratiam tuam: famam apud posteros ampliaturus. certe
quotiens mihi tui uerbus a meditationis incude tamquam ad
huc calidi deferebantur: sic uidebatur: qui & si non bene scri
bo. bene iudico. Sed quod fatendum est talibus studiis ante
rior ætas iuste uacabat. seu quod est uerius occupabatur. Mo
do tempus est seria legi: seria scribi: dec̄: perpetua uita poti?
q; memoria cogitari: nimiumq; meminisse nostre post mortē
non opuscula sed opera pensanda. Quæ quidem ad præsens
non ita loquor: quasi tu non utraq; laudanda conficias: au: si
adhuc durat in sermone lætitia: nō custodiatur i actione cen

sura. sed ut qui christo sauente clam sanctus es: iam palam religiosa uenerādus iugo salubri colla pariter & corda subdere: inuigilētq; cælestibus lingua præconiis: anima sententiis dextera donariis. Precipue tamē dextera donariis: quia quidquid ecclesiis spargisti colligis: ad cuius exercicia urytutis illud uel principaliter te poterit accendere: quod inter opes quaslibet positi: quæ bona stultis falso uocant' siquid agimus nostrū siquid habemus alienum est.

Sidonius fortunali suo salutem.

Bis & tu in paginas nostras amicitiae columē fortunatib; hibericarum dec̄ illustrē regionū. Nec enim tibi familiaritas tam parua cum litteris: ut per has ipsas de te aliquid post te supesse nō deceat. Viuet illicet in posterum nominis tui gloria. Nā si qua nostris qualitercumq; gloria: gratia: reuerentia: fides: chartulis inest: sciat ætas uolo posthumā: nihil tua fide firmi' forma pulchrius: sentētia iustius patientia tolerantius: consilio grauius: conuiuio lætius: colloquio iocundi'. illud quoq; supra cetera agnoscet præconia laudibus tuis ex uotorum contrarietate uenisse. Nam prope est ut eminentius censeatur qđ p̄bauerunt te aduersa constātem q̄ si celarent secunda felicem:

Sidonius nammatio suo salutem.

Cium cæsarem dictatorem quo ferunt nullum rem militarem præstabilis: neq; ducalis administrasset: studia certatim dictandi lectitandieq; sibi mutuo uindicauere. Et licet in persona unius eiusdemq; tempore suo principiis uiri castrensis oratoriæq; scientiæ cura certauerit ferme gloria equipari. idem tamen nunq; se satis duxit in utriusq; artis arce eompositum: priusq; uestri arpinatis testimonio ante ferretur ceteris mortalibus. Quod mihi quoq; si parua magnis componere licet secundum modulum meum: quamq; dissimiliuso similiter accessit. Quæ super cunctos te q̄ primū decuit agnoscere. quia tibi est tā gloria mea q̄ uerecundia plurimum curæ. Flauius nicetius uir ortu clarissim': priuilegio spectabilis: merito illustris: & hominū patriæ nostræ prudenter peritiaq; iuxta maximus. preconio quantū cōperi imenso

Posthuma. sequens. appuleius creber est ut spē posthumam appellat large & euaganter pro futuro: & postera: & deīcipiti. methaphora a posthumis: qui postera: & sequente p̄tridine p̄obitum p̄i shumatī nascuntur.

Censualium. qui censoribus assistunt: praesto sunt: famulantur: inserviant. Sarranis. Tyriis
Tyros. n. uti pompeius auctor est appellata est sarra: Vergilius lib. georgicon secundo. hic petit
exciisi urbē: mileros
q̄ penates ut gēma bi
bat: aut sarrano dor
miat ostro. Sarrano
ostro Seruius ait idest
purpura: quae nunc ty
ros dī: olim sarra uoca
batur a pisce quodam
qui illuc abundat: quē
ligua sua sar appellat:
Iuuenal. aut picta sar
rana ferētem ex hume
ris aulæa togæ. Seg
mēta. Incisuras: uirgu
las quasdam: ut q̄idā
uolunt secatas ex gē
mis & unionib⁹. Segmē
ta pro margaritis: &
murrenulis: hoc est tor
qbus orbiculariter inē
xarū gemarū capiūt.
Sic itellexit ille. Segmē
ta & longos hītus. Ser
uius credit gēmatū a
satyro cubile describi:
cū inqt: & segmentatis
dormisslet puila cūnis
Segmenta qñq̄ signifi
cāt purpureā uestē: lá
ceolis: meādris: limis &
orbiculis uarieganter
intextam. Ouidius lib.
tertio de arte amandi:
qald de ueste loquar:
non iam segmēta req
ro: nec quæ de tyrio
murice lana rubet. Cir
culos: calli climataq: ut
ita dicam: Plinius seg
menta dicit.

presentis opusculi uolumina extollit: insuper prædicans qđ
plurimos iuuenum: nec senum paucos uario genere dictandi
militandiq: quippe adhuc æuo uiridis: ipse sim supergressus.
Evidem in quantum fieri præter iactantiam potest: gaudeo
de præstantissimi uiri auctoritate: si certus est: amore si falli
tur. licet quis prouocatus ad facta maiorum non inertissim⁹
quis quoq̄ ad uerba non infantissimus erit. Namq̄ uirtutes
artium istar̄ seculis potius priscis seculor̄ rector ingenuit.
Quæ per ætatem mundi iam senescentis lassatis ueluti semi
nibus emedullatae parum aliquid hoc tēpore i quibuscumq;
atcq; id in paucis mirandum: ac memorabile ostentant. Hui
tamen ego: & si studiorum omnium caput est. litterarumq;
qui personam excoluī. uereor sentētiā supra quam ueritas
habet affectu ponderatiore prolatam. Nec ob hoc in inficias
ierim me s̄æpe luculentis eius actionibus astitisse: Quarum
me & si mutuum uideor uel ex parte cursimq; fieri memorem
fas est. Audiui enim adolescēst: atcq; adhuc nuper ex puerō cū
pater meus præfectus prætorio: gallicanis tribunalibus præ
sideret: sub cuius uidelicet magistratu consul asterius an
ni sui fores uotiuū trabeatus aperuerat: Adhærebam sel
læ curuli: & si non latens generositatis per ordinem: certe nō
sedens per ætatem: Mixtusq; turmæ censualium penulatorū
consulis proxime proxim⁹ eram. Itaq; ut primum breui per
acta nec breui sportula: datiq; fasti acclamatum est ab omni
gallia cætu primoribus aduocatorum ut festiuitate præuen
tas horas antelucanas: quæ diem serum cum silentio præsto
larentur: congrua meritorum fascium laude honestarent. Ni
cetum protinus circumspexere conspecti: Qui non sensim
singulatimq; sed tumultuatim petitus & cunctim cum quo
dam prologo pudoris uultū honeste demissus irrubuit. Atq;
ob hoc illi maximum sophos non eloquentia prius quam ue
recundia dedit: Dixit disposite: grauiter: ardenter: magna
acrimonia: maiore facundia: maxima disciplina & illā sarranis
ebriam succis inter crepitatiā segmēta palmatam plus picta
oratione plus aurea conuenustauit. Per ipsum fere temp⁹ ut
decemuiraliter loquar lex de præscriptione triennii fuerat

proquiritata: Cuius peremptoriis abolita rubricis lis omnis
in sextum tracta quinquennium terminabatur. Hanc intra gal-
lias ante nescitam primus quem loquimur orator indidit pro-
secutionibus edidit tribunalibus: prodidit partibus: addidit
tituliss: frequente cōuentu: raro cādente: paucis sentētiis: mul-
tis laudibus. Præter ista per alias uices doctrinam illius quo
more citius homo discitur: inobseruatus inspexi: tunc cum
quæ regit puincias fascibus nicetiano regeret prefectura con-
filio. Quid multa? Nil quod non meū uellem: nil quod non
admirarer audiui. Propter quæ omnia bona in uiro sita: letor
ad puncta censoris omnium uoce cōcelebrati. Grāditer enim
sua in utranuis de me opinione sententia ualet. Quam si ue-
rā comperimus tantum mihi est sauens securitatit: quantum
fieret aduersata formidini de cetero fixum apud me stat cōsti-
tutumq; pro ut rem ex asse congrouero: uel silentio me lora-
laxare: uel stringere frena garritui. Namq; si supradicti confir-
mor assensu athenis loquatior. si min⁹ amyklis ipsis taciturni
or ero. Sed de sodali: dec̄ me: satis dictum. Tununc iter ista
quid rerum. Quas mihi ad uicem nosse non minus cordi. ue-
naris: edificas? Rusticaris ne? An horum aliquid unum? An
singula uicissim an pariter & cunctim? Si de uitruvio: siue co-
lumella. seu alterutrum ambos ut sectere decentissime facis
potest enim utrumq; more quo qui optimo. idest ut cultor
aliquis e primis: architectusq; cæterum ut tibi de uenatoris
officio q; minimum blandiaris: maxime iniugo. Namq; apros
frustra in uenabula uocas: quos canibus misericordissimis
quibus habundas: & quidem solus: mouere potius q; cōmoue-
re cōfueristi: Esto sit indulgentia dignum qđ reformidant catu-
litui bestiis appropinquare terribilibus. corpulentisq; Illud
ignoro quomodo excuses quod capreas siue. pecus imum.
pariter & damas in fugam pronos iacentib⁹ animis: pectori
bus erectis: passibus rarib⁹ crebris latratibus psequuntur. Qua
propter de reliquo fructuosius retibus cassibusq; scruepas ru-
pes atq; opacādis habilia lustris clusor statari? nemora circū
uenis ac pudor si quis tēperas cursib⁹ apertis quatere campos
& insidiari lepusculis olarinensibus quos nec est tanti raro te
isestante superando scopulis palam ductis inqetari: nisi forsī
tādum tibi ac pater noster apollinaris interuenit: rectius fiet
ut excerceantur. Exceptis iocis fac sciam tādem: qđ te: quid
domū circa. Sed ecce dum iā epistolā: quæ diu garrit claudē

k ii

Proquiritata .pmu
gata: declamata: denū
ciata , qritare ē qritū
auxiliū inuocare. Qui
ritare lucio appuleio si
gnificat suppetias pe-
tere. Quiritatum ī an-
tulorū Plinius cæcilius
appellat. Amiclis . ci-
uitas'inter caetam : &
terracinā a laconibus
castoris & pollicis co-
mitibus condita quæ
tacendo periit. hoc est
cum pythagoream sec-
tā sequerentur ut absti-
nerent cæde animaliū
nec uicinæ paludis ser-
pentes interimeret ab
illis deleti sunt. Seu cū
falso nunciatus eēt ad
uentus hostium subide
& idētidem cautum ē
ne quis amplius nūcia
ret. Inde ex improviso
captæsūt. Ad hac spe
stat maronianus ille
uersus Tacitis regna
uit amyklis. Silius . & q;
euertere silentia amy-
cle. Orum hinc paet
biuum poetæ uerstimi
loqui uolo. Nam scio
amyklas tacēdo piisse.

re optarem: subitus a sanctonis nuncius cum quo dum tui
obtentu aliquid horarū sermocinanter extraximus: constater
asseuerauit: nuper uos classicum in classe cecinisse: atq; inter
officia nunc nautæ modo militis. littoribus oceanii curuis in
errare cōtra saxonum pandos mioparones: quorum quot re
miges uideris: totidē te cernere putes archipiratas. ita simul
omnes imperant: parent: docēt: discunt latrocinari. Ut hūc
etiam ut q̄ plurimum caueas causa successit maxima monen
di. hostis est omni hoste truculētior. Improuisus aggreditur:
prouisus elabitur: spēnit obiectos: sternit ineautos. si sequat
intercipit: si fugiat: euadit. Ad hoc. exercent illum naufragia
ignobilissime cæpunt.
Indignantibus autem
beotis dixisse thracas
dies se pepigisse nō no
ctes hāc porro pactitiā
līcetiā ultro citroq; ex
stris in aliena hoc ē ho
stilia castra cōmeandi
græci dicunt εκεχειρ
av. Munia. munera:
spectacula: in quibus
edendis assiduus erat i
tm Caius cæsar: ut po
pulus auersatus: & ab
horres alioquin eiusce
diritatem illum dolue
rit extinctum: uelut ob
lectamini's theatralis
administrum.

Immensis: robur luxum iam perdidit omne
Quo ualuit dum pauper erat mea uiscera pro se
In me nunc armat laceror tot capta p annos
Iure suo: uirtute mea: fæcundaç pænas
Quos patiar pario. propriis nil conficit armis.
Getulis: numidis: garamantibus autololisqz
Genteqz marmarida psyllo nasamone timetur
Segnis & ingenti ferrum iam nescit ab auro.
Ipsis at color exanguis quem crapula uexat:
Et pallens pinguedo tenet ganeaqz perenni
Pressus acescentē stomachus non explicat auram
Par est uita suis. non sic barcheus opimam
Hannibal ad capuam periit: cum fortia bello
Inter delicias mollirent corpora baiae.
Et se lucrinas qua uergit gaurus in undas
Brachia massillus iactaret nigra natator.
Atqz ideo hunc dominū saltē post sæcula tanta
Vltorem mihi redde precor ne dimicet ultra
Cartago italiā contra sic fata dolore
Ingemuit lacrimisqz preces adiuuit abortis.
Iis hæc romā refert longas succinge querelas
O deuota mihi uindex tibi nomine diuum
Maiorianus erit sed paucis pauca reexam.
Ex quo theodosius communia iura fugato
Reddedit auctoris fratri: cui guttura fregit
Post in se uertenda manus mea gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis ignotacqz seruit.
Ex illo multum periit quia principe clauso
Quidquid erat miseri diuersis partibus orbis
Vastari solemne fuit quæ uita placeret
Cum rector moderandus erat: contēpta tot ânos
Nobilitas iacuit precium respublica forti
Retulit inuidiam princeps hec omnia noster
Corrigit atqz tuum uires ex gentibus addens
Ad bellum p bella uenit. iam maximus isse est:
Non pugnasse labor. terimus cur tēpora uerbis:
Peruenit. & uincit. tali sermone pactum
Concilium est: uerbisqz deæ famulâte metallo
Aurea concordes traxerunt fila sorores.
Hos me quos tecini romæ libyæqz labores

Vota hominum docuere loqui iam tempus ad illa
Ferre pedem quæ fanda mihi uel apolline muto
Pro musis mars noster erit . conscenderat alpes
Vretoruinci iugo p longa silentia ductus
Romano exierat populato trux alamannus:
Perq; caui quondam dictos de nomine campos
In prædam centum nouies dimiserat hostes.
Iamq; magister eras . burtonem dirigis illo
Exigua comitante manu . sed sufficit istud
Cum pugnare iubes . certa est uictoria nostris
Te mandasse acies . peragit fortuna triumphum
Non populo sed amore tuo nolo agmina campo
Quo mittis paucos felix te respicit iste
Euentus belli . certatum est iure magistri
Augustifato . nuper post hostis aperto
Errabat lensus pelago simul ordine uobis
Ordo omnis regnum dederat . plebs curia miles:
Et collega simul . campanam flantibus austris
Ingrediens terram securum milite mauro
Agricolam aggreditur . pinguis p transtra sedebat
Vandalus operiens predam quā iusserat illuc
Captiuo capientetrahi sed uestra repente
Inter utrumq; hostem dederant sese agmina planis
Quæ pelagus collemq; secant portumq; reducto
Efficiunt flexu fluuii . perterrita priuum
Montes turba petit . trabibus quæ clausa relictis
Prede preda fuit . cum concitus agmine toto
In pugnam pirata coit pars lntre cauata
Iam dociles exponit equos . pars ferrea texta
Concolor induitur . teretes pars explicat arcus
Spiculaq; infusum ferro latura uenenum.
Quæ feriant bis missa semel iam textilis anguis
Discurrat p utramq; aciem : cui guttur adactis
Turgescit zephiris patulo mentitur hiatu
Irataq; pictura famem pannoq; furorem
Aura facit: quotiens crassatur uertile tergum.
Flatibus & nimium iam non capit aluus inane.
At tuba terrifono strepuit graue rauca fragore
Responsat clamor littuis uirtusq; redente
Ignauis uel parua furit cadit undiq; ferrum.

Huic tamen in iugulos hunc torta falarica iactu
Preterit: ad mortem uix cessatura secundam.
Hunc conti rotat ictus equi. ruit a clide fossus
Ille: ueruq; alius. iacet hic simul alite telo
Absentem passus dextram pars poplite secto
Mortis ad intidiam uiuit parte: emq; cerebri
Hic galeæ cum parte rapit. fortiq; lacerto
Difficit ancipiti miserabile sinciput ense.
Ut primum uersis dat tergum uandalus armis
Succedit cedes pugnæ discrimine nullo
Sternuntur passim campis & fortia. quæq;
Fecit iners trepidante fuga mare pallidus intrat
Et naues pertransit eques turpiq; natatu
De pelago ad cimbati rediit. sic tertia pirri
Quondam pugna fuit cesis cum milibus illum
Dentatus premeret. laceræ uix fragmina classis
Traxit in epirum: qui chaonas atq; molosos
Qui thracū macedumq; manus per littora nostra
Spaserat: & cuius uires ænotria pallens.
Ipsaq; quæ petiit trepidauerat uncta tharentus
Hostibus expulsis. campum q; maximus extat
Iam lustrare uacat uideas hic strage sub illa
Vtrorumq; animos nullus non pectore cesus
Quisquis noster. erat nullus non terga foratus
Illorum quisquis. clamant hac uulnera primi
Predonum cum forte ducis: cui regis auari
Narratur nupsisse soror. q; puluere cæco
Clausus: & elisus pilis: uestigia turpis
Gestat adhuc probrofa fugæ. sic agmina nostra
Cum spoliis campum retinent & marte fruuntur.
Interea duplii texis dum littore classem
Inferno superoq; mari. cadit omnis in æquor
Silua tibi: nimiumq; tibi per utrumq; recisus
Appennine latus. naualique arbore diues:
Non minus in pelagus: nemorq; q; mittis aquæ.
Gallia continua quamq; sit lassa tributis
Hoc censu placuisse cupit. nec pondera sensit
Quæ pdesse probat non tantis maior atrides
Carpatum texit ratibus cum doricus hostis
Sigæas rapturus opes rhæteia clausit

Pergama: nec tantæ seston iuncturus abido
Xerxes classis erat: tumidas cum sterneret undas.
Et pontum sub ponte daret cum stagna superbo
Irrupit temerata gradu: turmæq; frequentes
Hellestiaco persultauere profundo.
Nec sic leucadia classis mareotica portu
Actiacas abscondit aquas in bella mariti
Dum uenit a phario dotalis turba canopo.
Cum patrio cleopatra ferox circundata fistro
Milite uel piceo fuluas onerata carinas
Dorida diffusam premeret prolomeide gaza.
Hoc tu non cultu pugnas: sed more priorum
Dite magis ferro merito cui subiacet aurum.
Divitis ignauui tales ne sperne rebelles.
Et si non acies decorant tamen ista triumphos:
Nec me lagæā stirpem memorasse pigebit.
Hostis ad exemplum uestri namq; auguror isdem
Regnis fortunam similem. cum luxus in illa
Parte sit æqualis nec peior cæsar in ista.
Ilicet aggredieris q nullus tempore nostro
Augustus potuit. rigidum septemplicis histri
Agmen in arma rapis nam quidquid languidus axis
Cardine sithonio sub parrase parturit ursa
Hoc totum tua signa pauet. basterna sueuus:
Pannonius: neurus: chunus: geta: dacus: alanus
Bellonothus: rugus: burgundio: uetus: alites:
Bisalta: ostrogothus: prustes: sarmata: moschus
Post aquilas uenere tuas. tibi militat omnis
Caucasus: & scyticæ poter tanaiticus undæ.
Quid faciat fortuna uiri quascumq; minatur
Has tremuit iam roma manus. modo principe sub te
Ne metuat prope pua putat nisi seruiat illi
Quod timuit regnante alio. iam castra mouebas:
Et te diuersis stipabant milia signis:
Obsequium gens una negat quæ nuper ab histro
Retulit indomitum solito truculentior agmen.
Quod dominis per bella caret populoq; superbo
Turgida plectendas in prelia suggestit iras.
Hic tu uix armis positis ite& arma retractans
Bistonides ueluti ciconum cum forte prunias

Ogigiis compleat thyasis. seu strimonis aruis
Seu se p rodopem: seu qua nymbosus in æquor
Voluit hipboreis in cautibus ifmarus hebrum.
Dat sopnum uaga turba simul lassata quiescunt
Orgia:& ad biforem reboat nec tibia flatum.
Vis requies iam ponte ligant. rotat enthea thirsū
Bassaris.& maculis erhithreæ nebridos horrens
Excitat odrisios ad marcida tympana mystas.
Tu tamen hanc differs penā sed sanguinis auctor
Maioris dum parcis eras non pertulit ultra
Hoc pro te plus cauta manus: uestrumq; pudore
Spreuit. pro uobis primi cadit hostia belli
Quisq; rebellis erat: predam quoq; diuidis illis:
Mens deuota quibus fuerat quæ territa seruit.
Exemplo. gaudet precio pharsalica cæsar
Arua petens. subitas ferro compescuit iras.
Sed sua membra secans:& causæ mole coactus
Fleuit quos perimit nostris hic pficit armis.
Sedicio quodcumq; iubes nisi barbarus audit.
Hic cadit ut miles timeat iam tempore brumæ
Alpes marmoreas atq; occurrentia iuncto
Saxa polo rupesq; uitri siccammq; minantes
Per scopulos pluviām primus pede carpis & idē
Lubrica præmisso firmas uestigia conto.
Cæperat ad rupis medium quæ maxima turba ē:
Internosqualere geluq; colle supino
Artatis conclusa uiis reptare rigenti
Non poterat reuoluta solo. fors unus ab illo
Agmine canentem cuius rota triuerat histrum
Exclamat: gladios malo & soleme quieta
Quod frigus de morte uenit. mea torpor inertit
Membra rigore ligat quondā mihi corp' ad histrū
Frigoris igne perit sequitur sine fine labori
Instantem iuuenem quisquis fortissimus ille est:
Aut rex aut populus. castris modo clausus aprica
Vel sub pelle iacet nos anni uertimus usum.
Quod iubet hic lex rebus erit non flectitur umq;
Acceptis damnumq; putat si temporis iras
Vel per damna timet qua dicam gente creatum
Quem scytha non patior; cuius lac tigridis ifans

Hircana sub rupe babit quæ sustulit istum
Axe meo grauior tellus en uertice summo
Algentis cogit turmas ac frigora ridet.
Dum solus plus mente calet. cum classica regis
Arctoi sequerer romani principisarma.
Cæsareumq; larem luxu torpere perenni
Audieram. dominos nil prodest ille priores:
Si rex hic quoq; fortis erat. maiora parantem
Dicere. de scopulo uerbis accendis amaris.
Quisquis es oppositi metuis qui lubrica cliui.
Frange cutem pendentis aquæ scalprocq; leuata
Sit tibi lympha gradus. turpes depone querelas
Ocia frigus habet. non quid mihi membra biformis
Hylei natura dedit: num pegasus alis
Adiuuit quidquid gradior pennasq; uolanti
Dat calais zetusq; mihi quem nigruda cernis
Calcantem iam dorsa iugi uos frigora frangunt;
Vos alpes iamiam studeam pensare pruinas.
Aestatem sub syrte dabo. sic agmina uoce
Erigis: exemplocq; leuas primuscq; labores
Aggrederis quo scumq; iubes tum cætera paret
Turba libens: seruit propriis quia legibus auctor.
Qui tibi preterea comites: quatusq; magister
Militæ uestrum post uos qui compulit agmen
Si non inuentus dignus cui cederet uni
Sylla acie genio fabius: pietate metellus.
Appius eloquio: ui fulvius: arte camillus:
Si prefecturæ quantus moderetur honorem
Vir queras: tendit patulos qua gallia fines
Vix habuit mores similes cui teste senatu
In se etiam tractum commiserat ulpius enim.
Qui dictat modo iura getis sub iudice uestro
Pellitus rauum præconem suscipit hostis.
Quid loquar hic illum q; scrinia sacra gubernat?
Qui quum civilis dispenset partis habenas
Sustinet armati curas: interprete sub quo
Flectitur ad uestras gens effera conditiones.
Quid laudare petrum paruis temeraria clio
Viribus aggrederis: cuius dignatur ab ore
Cæsar in orbe loqui. licet & questore diserto

Polleat, at tamen hic nuper placidissime princeps
Obside precepto nostræ de menibus urbis.
Visceribus miseris insertum depulit hostem;
Et quia lassatis nimium spes unica rebus
Venisti nostris petimus succure ruinis
Lugdunumq; tuam dum præteris aspice uictor
Ocia post nimios poscit te fracta labores.
Qui pace m das redde animum lassata iuuenci
Ceruix deposito melius post sulcat aratro
Telluris glebam solide boue: fruge colono:
Ciuibus exauista est stantis fortuna latebat
Dum capitur ne quanta fuit post gaudia princeps
Delectat meminisse malii populatibus igni
Et si concidimus: ueniens tamen omnia tecum
Restituis: fuimus uestri quia causa triumphi
Ipsa ruina placet cum uictor scandere currū
Incipies: cri nemq; sacrum tibi more priorum
Nectet muralis: uallaris: ciuica laurus.
Et regum aspicient capitolia fulua catenas,
Cum uestis romam spoliis: cum diuite cæra
Pinges cinisii captiua mapalia bocchi.
Ipse per obstantes populos raucosq; fragores
Preclaram: & tenui sicut nunc carmine dicam
Te geminas alpes: te syrthes: te mare magnum
Te freta te libycas pariter domuisse cateruas
Ante tamen uicisse mihi q; lumina flectis
Quodq; serenato miseros iam respicis ore
Exultare libet, memini cum parcere uelles
Hic tibi uultus erat, mitis dat figura uetus
Annue, sic uestris respiret byrsa tropæis.
Sic parthus certum fugiat: maurusq; timore
Albus'eat: sic sua tremant positiscq; pharetris
Exarmata tuum circuistent bacra tribunal.

Explicit panegyricus maiorani.

Incipit panegyricus quem dixit socero suo rome.

Prefatio.

DAllados armisonæ festū dum cantibus ortum
Personet hic mario thracia uate chelis
Et dum mopsopium stipantur per marathone
Qui steterant fluuii quæcucurrit humus.

Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur
Has phibent laudes laude probasse deam.
Diua giganthei fudit quo tempore belli
Armatos parthus uertice diuiduo.
Quas neq; delicias peperit latona sub antris
Fixura errantem cyclada pignoribus.
Nec quæ cadmæis pariens alciden in oris:
Suspendit triplici nocte puerperium
Nec cuius pluuiio turris madefacta metallo est
Cum matrem impleret filius aurigena.
Sed te cum trepidum spectaret flegra tonantem
Impulit excussum uertice ruptus apex.
Cumq; deos aliae traherent in prælia uires
Confusum ualido te sine robur erat.
Protulit ut mox te patrius sapientia uertex
Tum mage uicerunt cum te habuere dei.
Te propter cessit manibus constructa tremendis
Iam prope per rutilum machina tensa polum.
Pindus : othris: pholoë: dextris cecidere gigantum
Decidit & rethi iam grauis ossa manu.
Sternitur egæon briareus ephialta mimasq;
Assueti arctoas lambere calce rotas.
Enceladus patri iacuit fratriq; tiphoeus.
Euboicam hicrupem sustinet,hic siculam.
Hic se ad totam genitricem transtulit orpheus
Et docuit cordas dicere calliopem.
Assurrexerunt musæ sub laude sororis
Et placuit diuæ carmine plus pietas:
Quod si maternas laudes cantasse fauori est
Hoc ualeo priscas æquiperare fides
Publicus hic pater est uouit cui carmen auitus
Materia est maior sed mihi musa minor

Explicit prefatio.

Incipit panegyricus:

Hæbe peragrat tandem uisurus in orbe
Quæ possis proferre parē da lumina caelo.
Sufficit hic terris,nec se iā signifer astris
Iactet marmaricus quem uertice cōtinet athlas.
Sidera sunt isti quæ sicut mersa nitescunt

Aduersis sic rotta micat cui fixus ab ortu
Ordo fuit creuisse malis modo principe surget
Consule nepe patres collatos cernere fasces
Vos iuuat & sociam scæptris mandasle curulem.
Credite plus dabitis currus, iam nocte bifrontes
Anceps iane comas duplicitq; accingere lauro.
Principis anterior iam consulis iste coruscat
Annus & emerita trabeis diademata crescunt
In cassum iam musa paues q; propulit austre
Vela ratis nostræ pelago quia currere famæ
Cæpimus, en sidus qd nos per cœrula seruet.
Forte pater superum prospexit ab æthere terras.
Ecce uiget qdcumq; uidet, mundum reparasse
Aspexisse fuit, solus fouet omnia nutus.
Iamq; ut conueniant superi tegeaticus archas
Nunc plantis nunc fronde uolat uix contigit arua
Et toto descendit auo:mare:terra:uel aer
Indigenas miscere deos germane tonantis
Prime uenis uiridi quia dorica findere curru
Suetus & atonita spargis cito terga serenum:
Humentes nymphas phorcus comitatur ubiq;
Glaucus glauce uenis uatum & certissime ptheu
Certus eras, longo ueniunt post ordine diui.
Pampineus liber:mars trux:thrinthius hirtus:
Nuda uenus:fæcunda ceres:pharetrata diana.
Iuno grauis:prudens pallas:turrita cibele.
Saturnus pfugus:uaga cinthia:phæbus ephæbus
Pan pauidus:fauni rigidi: satyri petulantes.
Conuenere simul cælum uirtute tenentes
Castor equo:pollux cestu:perseius harpe:
Fulmine uulcanus.typhis rate:gente quirinus.
Quis canat hic aulam cæli rutilantia cuius
Ipsa pauimentum sunt sidera, iam pater aureo
Tranquillus sese folio locat, inde priores
Confedere dei. fluiis quoq; contigit illo
Sed senibus residere loco, tibi maxime fluctu
Eridane & flauis in pocula fracte sicambris
Rhene tumens scythiaq; uagis equitate cateruis
Hister & ignotum plus notus nile p ortuim.
Cum pcul erecta cæli de parte trahebat

Pigros roma gradus: curuato cernua collo
Ora ferens, pendent crines de uertice tecti
Puluere non galea. clypeusq; impingitur ægris
Gressibus & pondus non terror fertur in hasta.
Vtq; pii genibus primum est astuta tonantis
Testor sancte parens inquit te numen & illud
Quidquid romæ summo satis obruta fato:
Inuideo abiectis pondus non sustinet ampli
Culminis alta domus. nec flumen uallibus instat.
Quid rogo bissexto mihi uulture thuscus aruspex
Portendit: iaciens primæ cur mænia genti
Ominibus iam celsa fui. dum collis etrusci
Fundamenta iugis aperis mihi romule pauper.
Vel gladio secura fui. cum turbine iuncto
Me rutulus ueniēs. pariterq; auruncus. & æquus
Hernicus & uolscus premerent. sat magna uidebar
Et tibi dum rumpit uitiatum femina ferro
Corpus: & ad castum remeas pudor erute uulnus.
Iam cum uallatam socio me clausit etrusco
Tarquinus proh mutii ignes proh coelitis undæ
Prohdolor hic q; nā est qui sub mea iura redigit
Sanitem & gurges uolsci qui terga cecidit
Martius & senones fundens dictator & exul.
Fabricii uitam uellem mortes deciorum.
Vel sic uincentem uel sic uictos mea redde
Principia heu quo nunc pompa ditesq; triumphi
Et pauper consul: libycum mea terruit axem
Cuspis: & infido posui iuga tertia pæno.
Indor: ganges: colchorum phasis: araxes
Armeniæ: tagus æthiopum: tanaïsq; getarum
Iam thibrim tremuere meum. me teutono iuncto
Quondam fracte subis cimber gladiisq; grauatas
Ante manus solas iussi portare catenas
De mihi qualis eram cum per mea iussa iuberent
Sylla asiaæ gentes: curius: paulus: pompeius:
Tigranianthiocho: pirro: perse: mitridati:
Pacem: regna: fugam: uectigal: uincla: uenenum:
Sauromatem taceo: ac moscum solitosq; cruentum
Lac potare getas ac pocula tingere uenis.
Vel cum diffugiunt fugiendos tum mage persas.

Nec terras dixisse sat est. fulgentibus armis
Tot maria intraui duce te: longeque remotas
Sole sub occiduo gentes uictoria cæsar
Signa caledonios transuexit ad usque britannos
Fuderit & quamque scotum & cum saxone pictum
Hostes quæsiuit quem iam natura uetabat
Quærere plus homines. uidit te frangere leucas
Trux auguste pharon dum classicus actia miles
Stagna quatit: p[ro]fugisque bibax antonius armis
Incestam uacuat patrio ptolomeida regno.
Cumque prius quererer stricto de cardine mudi
Sum limes nunc ipsa mihi plus summe deorum
Sum iusto tibi iussa potensque parthicus ultro
Restituit mea signa pauor positaque thiara
Funera crassorum fleuit dum purgat: & hinc iam
Prohdolor excuso populi iure atque senatus
Quod timui incurri. sum tota in principe: tota
Principis & fio lacerum de cæsare regnum
Quæ quondam regina fui capreasque tiberii
Et caligas caii: claudii censura secuta est:
Et uir morte nero tristi pisone uerendum
Galbam sternis otho: speculo qui pulcher haberi
Dum captas ego turpis eram mihi fæda uitelli
Intulit ingluuies uentrem qui tempore paruo
Regnans sero periit. lassam post inclytus armis
Vespasianus habet. tit[ulus] hic. post h[oc] quoque frater
Post quem tranquillus uixit mihi reddere nerua
Cæpit adoptiuo factus de cæsare maior.
Vlpius inde uenit quo formidata sicambris
Agrippina fuit. fortis: pius: integer: acer.
Talem capta precor traianum nescio si quis
Aequiparet ni fors iterum tu gallia mittas
Quam uincat lacrimæ uocem clausere precantis
Et quidquid supest luctus rogat undique cæli
Assurgunt p[ro]ceres: mars: cipris: romulus: & que
Auctores tibi roma dei iam mitior ipsa
Flectitur atque iras ueteres saturnia donat.
Iupiter ista refert. fatum quo cuncta reguntur:
Quoque ego non licuit frangi sat celsa laborant
Semper: & elatas nostro de munere uires

Inuidit natura sibi. sed concipe magnos
Quamque fracta animos. si te porsenna soluto
Plus timuit de ponte tremens. si mænia capta
Mox brenni uidere fugam. si denique dirum
Hannibalem iuncto terræ celique tumultu
Repulimus: cum castra tuis iam proxima muris
Starent. collina fulmen pro turre cucurrit.
Atque illic ite*z* timuit natura parentem
Post pbegram pugnare iouem. torpentia tolle
Lumina. detersam mentem caligo relinquat.
Te mirus est uinci: incipies cum uincere mirus
Non erit. utque tibi pateat quo surgere tandem
Fessa modo possis paucis cognosce docebo.
Est mihi quæ latio se sanguine tollit alumnam
Tellus clara uiris cui non dedit optima quondam
Rerum opifex natura parem secundus ab urbe
Pollet ager: primo qui uix proscissus aratro
Semina tarda sitit uel luxuriante uigore
Archana exposcit piceam pinguedine glebam
Assurrexit huic coxit quot torridus austera
Niliacum: liby cumque solum collataque semper
Arida migdonias damnarunt gargara falces.
Apulus & calaber cessit. spes unica rerum
Hanc aruerne colens: nulli pede cædis in armis
Quos uis uincis equo. testis mihi cæsar is esto
Hic nimium fortuna pauens. cum colle repulsus
Gergouiæ: castris miles uix restitit ipsis:
Hos ego tam fortes uolui sed cädere auitum
Dum tibi roma paro: rutilant cui maxima dudum
Stemata complexum germen. palmata cucurrit
Per proauos gentisque suæ te teste philagri
Patritius resplendet apex. sed portio quanta est
Hæc laudum laudare patres: quos quippe curules
Et præfecturas constat debere nepoti.
Sunt alii per quos se post huma iactet origo.
Et priscum titulis numeret genus. alter auitæ
Nobilitas tu solus auos. libet eder etanti
Gesta uiri: & primam paucis pcurrere uitam.
Soluerat in partum generosa puerpera casti
Ventriss onus: manifesta dedi mox signa futuri:

Huic dispesci quādo
Probilpartilez uocem fit
eri huic priscianus au
ctor ē: papiniao testi
monio. Serus huic uo
to uideat dar thura ne
potes.

Principis: ac totam fausto trepidi patris aulam
Impleui augurio licet idem grandia nati
Culparet fata: & pueri iam regna uideret.
Sed sibi commissum tanto sub pignore cernens
Mundi depositum ne quid tibi roma periret
Iuuit fortunam studio lactentia primum
Membra dedit niuibus glaciemq; irrepere platis
Iussit & attritas paruum ridere pruinias.
Surgentes animi musis formantur & illo
Q uo cicerone tonat didicit quoq; facta tuor;
Ante ducum didicit pugnas: libroq; relegit
Q uæ gereret campo. primus uix cæperat esse
Ex infante puer: rabidam cum forte cruentis
Rictibus ateq; escas ieunia sauce parantem
Plus catulis stravit fuerat nam fragmina propter
Arreptā de caute lupam fractusq; molari
Dissiliit uertex & saxum uulnere sedit.
Sic meus alcides nemeæ dum saltibus errat
Occurrit monstro uacuus non robora portans
Nō pharetras. stetit irafremēs atq; hoste ppiquo
Consuluit solos uirtus decepta lacertos.
Parua quidem dicenda tamen quis próptior isto
Tensa catherati summittere colla molosi
Et lustris recubare feras interprete nare
Discere: non uisas & in aere quærere plantas.
Iam si forte suem latratibus improbus umber
Terruit. albentes nigro sub gutture lunas
Frangere ludus erat collectantiq; lacerto
Vasta per aduersas uenabula figere predas
Q uā pulchrū cū forte domū pl' lustra reuertēs
Horrore splenderet apri uiuctusq; repugnans
Proderet inuictum per fortia facta pudorem.
Sic pandioniis castæ tritonidos aruis
Hippolitus roseo sudans radiabat ab ore
Sed simul ac gemino fragrans cum cressa furore
Transiit affectu matres & fraude nouercas.
Q uid uolucrum studiū dat quas natura rapaces
In uulgas prope cognatum. quis doctior isto
Instituit uarias per nubila iungere lites?
Alite uincit aues celeriq; p æthera plausu

Hoc nulli melius pugnator militat unguis
Nec minus hic inter ciuilia iura fecutus
Eligitur primus iuuenis solus mala fractæ
Alliget ut patriæ: poscatq; informe recidi
Vectigal: procer; tum forte potentior illic.
Postetiam princeps constantius omnia præstar
Indole defixus tanta: & miratus in annis
Paruis grande bonum uel in ore precantis ephæbi
Verba senis. ducis hinc pugnas & fædera regi
Pandere romalibet uariis incussa procellis
Belloq; regi getico tua gallia pacis
Pignora iussa dare est inter quæ nobilis obses
Tu theodore uenis quoniam pietate proprinqui
Expedit in media pelliti principis aula
Tutus autem fide. pbat hoc theodorus ut altum
Exemplum officii res mira & digna relatu
Quod fueris blandus regi placuisse feroci.
Hinc te paulatim prelibat sensibus imis
Atq; animis uult esse suum sed spernis amicum
Plus q; romanum gerere stupet ille repulsam.
Et plus inde places rigidum sic pirre uidebas
Fabricium: ingestas animo cum diuite fugit
Pauper opes regem temnens dum supplice censu
Pignus amicitiae uili mendicat ab auro.
Ethium interrea scythico cū sepe duello est
Edocitus: sequeris. quo quamq; celsus in armis
Nil sine te gessit cum pluriua tu sine illo
Iam post uithungos & norica bella subacto
Victor uindelico belgam burgundio quem trux
Preferat absoluit uictus tibi uincitur illic.
Cursu herulus: cunus iaculis francusq; natatu:
Sauromata clipeo: salius pede falce gelonus
Vulnere uel si quis pangit . cui flesse perire est .
Ac ferro perarasce genas uultuq; minaci
Rubra cicatricum uestigia defodisse.
Illustri iam tum donatur celsus honore
Squameus & rutilis etiam num liuida cristi
Oragerens. uix arma domum sordentia castris
Retulerat. noua bella iter& pugnamq; sub ipfis
Iam patriæ muris periturus commouet hostis.

Lithorius scythicos equites tum forte subacto
Celsus aremorico geticum rapiebat in agmen.
Per terras aruerne tuas qui proxima quæc
Discursu: flammis: ferro: feritate: rapinis
Delebant. pacis fallentes nomen inane.
Huius tum famulum quidam truculentior hor
Mox feriende ferit ruit ille: & tristia fata
Commendat domino absenti patremq; futurum
Vindictæ moriens stigium spe portat ad amnem
Et iam fama uiro turres portasq; tuenti
Intuitu pauidæ plebis perfert scelus actum
Excutitur restat: pallet: rubet: alget: & ardet
Ac sibimet multas uultum variata p unum
Ira facit facies uel qui mos sepe dolenti
Plus amat extinctum: tandem prorupit & arma
Arma fremit: pinguisq; & iam iā sanguine fertur
Lorica: obtusus per barbara uulnera contus:
Atq; sub assiduis dentatus cædibus ensis
Includit suras ocreis capitiq; micantem
Imponit galeam: fuluus cui crescit in altum
Conus & iratam iaculatur uertice lucem.
Et iam scandit equum uulsisq; a cardine portis
Emicat: assistunt socio uirtusq; dolorq;
Et pudor armatas pilo petit impiger alas
Pugnando pugnam queres pauidumq; per agmē
Multorū interitu compensat q latet unus
Sic phrigium æmathia uictorem cuspidem poscens
Aeacides cæsiluctum frenauit amici
Per mortes tot troia tuas: iam uilia præ se
Agmina contentus ruere structumq; p amplos
Exerere gladium populos: natat obruta tellus
Sanguine: dumq; habet at turbæ graue cædua telū
Absens in cunctos sibi uulnere iam cadit hector.
Perditus ut tandem tanti qui causa tumultus
Inquit autus age scythica nutritæ sub arcto
Qui furis & cæso tantum qui fidis inermi.
Congredere armato multum tibi prestitit ira
Iam mea. concessi pugnam iubeoc; resistas
Certantem mactasse iuuat. sic fatur: & aquor
Profilit in medium necnon ferus aduenit hostis

Vt primum pectus: uel cominus ora tulere.
Hic ira tremit: ille metu. iam cætera turba
Diuersis trepidat uotis: uariosq; per ictus
Pendet ab euentu. sed postq; prima secunda
Tertiæq; acta rota est: uenit ecce & celsa cruentum
Perforat hasta uigz. post & confinia dorsi
Cædit transfozzo ruptus bis pectore thorax.
Et dum p; duplice sanguis singultat hiatum.
Diuidua ancipitem carpserunt uulnera uitam.
Hæc post gesta uiri temet stix liuida testor
Intermerata mihi prefectus iura regebat
Et caput hoc sibimet solitis defessa ruinis
Gallia suscipiens getica pallebat ab ira.
Nil prece: nil precio: nil milite fractus agebat.
Etius capto terraz damna patebant
Lithorio in rhodanum proprios pducere fines
Theodoride fixum: nec erat pugnare necesse:
Sed migrare gethis rapidam trux asperat iram
Victorq; sentit scythicum pro menibus hostem
Imputat. & nil est grauius si forsitan. umq;
Vincere contingat trepido postq; undicq; nullum
Præsidium ducibusq; tuis nil roma relictum est.
Fedus autem nouas: saeuum tua pagina regem
Lecta domat: iussisse sat est: te qd rogat orbis
Credant hoc umq; gentes populicq; futuri.
Littera romani cessat q; barbare uincis.
Iura igitur rexit namq; hec quoq; par fuit ut cum
Assertor fieret legum qui nunc erit auctor
Nec dandus populis princeps caput induperator
Cesar & augustus solum fera prælia nosset..
Iam prefecturæ presunctus culmine tandem
Se dederat ruri numq; tamen ocia: numq;
Desidia imbellis: studiumq; & cura quietis
Armoz semper subito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat arctos.
Gallia pugnacem rugum comitante gelono
Gepida trux sequitur scorum burgundio cogit.
Chunus: bellonotus: neurus: basterna: toringus.
Bructerus uluosa quem uelicer abluit unda.
Prorupit francus: cecidit cito secta bipenni

Hercinia in lntres & rhenum texuit aluo.
Et iam terrificis diffuderat attila turmis
In campos se belga tuos uix liquerat alpes
Etius : tenue & rarum sine milite ducens
Robur in auxiliis geticum male credulus agmen
In cassum propriis præsumens ad fore castris.
Nuncius at postq; ductorem perculit hunos.
Iam prope contemptum propriis i sedibus hoste
Expectare getas uersat uagus omnia secum .
Consilia:& mentem cura& fluctibus urget.
Tandem cunctanti sedit sententia:celsum
Exorare uirum collectisq; omnibus una
Principibus coram supplex sic talibus infit.
Vrbis autem salus cui non est noua gloria nunc est
Quod rogar etius uoluisti & non nocet hostis.
Vix prodest inclusa tenes tot milia nutu.
Pro populis geticis sola est tua gratia limes.
Infensi semper nobis pacem tibi præstant
Victrices in prome aquilas fac optime chunos
Quoq; forte prior fuga nos concusserat olim
Bis uictos prodeesse mihi:sic fatus:& ille
Pollicitus uotum fecit spem ptinus:inde
Aduolat:& famulas in prælia concitat iras.
Ibant pellitæ per classica romula turmæ
Ad nomen currente geta timet ære uocari
Dirutus approbriū non damnū barbarus horres
Hos ad bella trahit tum iam spes orbis auitus.
Vel iam priuatus uel adhuc sic cinnama busto
Colliserictei portans phebeius ales
Concitat omne auium uulgus:famulantia currunt
Agmina:& augustus pennas non explicat aer
Iam prope fata tui biffenas uulturis alas
Complebant:scis namq; tuos scis roma labores
Ethium placidus mactauit semiuir amens.
Vixq; tuo impositum capiti diadema patroni
Illico barbaries necnon sibi capta uideri
Roma getis tellusq; suo cessura furori.
Raptore ceu forte lupi quis nare sagaci
Monstrat odor pinguem clausis ab ouilibus aurā
Irritanç acuuntq; famem:portantq; rapinæ

In uultu speciem patulo ieunia rictu.
Fallentes iam iamq; tenet: spe frangitur agnus:
Atq; absens auido crepitat iam præda palato.
Quin & aremoricus piratam saxona tractus
Sperabat: cui pelle salum sulcare britannum
Ludus:& assuto glaucum mare sindere lembo:
Francus germanum primum belgamq; secundum
Sternebat renuinq; ferox alamanne bibebas.
Romanis ripis & utroq; superbis in agro
Vel cunnus uel uictor eras: sic perdita cernens
Terra& spacia princeps iam maximus unum
Quod fuit in rebus peditumq; equitumq; magistrū
Te sibi auite legit: collati rumor honoris
Inuenit agricolam flexi dum forte ligonis
Exercet dentes uel pando pronus aratro
Vertit in excoctam per pingua iugera glebam.
Sic quondam ad patriæ res fractas pauper arator
Cincinnata uenis: ueterem cum te induit uxor
Ante boues trabeam: dictatoremq; salignæ
Excepere fores atq; ad sua tecta ferentem.
Quod non perseuit turpisq; e fasce grauata
Vile triumphalis portauit purpura semen.
Ut primum ingesti pondus suscepit honoris
Legat qui ueniam poscant alamanne furoris
Saxonis incursus cessat cattusq; palaustri.
Alligat albis aqua. uixq; hoc tibi menstrua totum
Luna uidet iamq; ad populos & rura feroci
Tenta getæ pretendit iter qua pulsus ab estu
Oceanus refluum spargit per culta garumnam
In flumen currente mari: transcendit amarus
Blanda fluonta latex fluuiiq; impacta per alueum
Salsa peregrinum sibi nauigat unda profundum.
Hic iam disposito laxantes irena duello
Vesor& proceres raptim suspendit ab ira.
Rumor succincto referens diplomate autum
Iam geticas intrare domos positaq; parumper
Mole magisterii legati iura subisse
Obstupuere duces pariter scythicusq; senatus
Et timuere suam pacem ne forte negaret.
Sie rutilus phæton leuum cum carperet axis

p iii

Diplomate . legato
ria nota breuem prin
cipalem continente.
Diplomata latini græ
ce uocat: quæ nos sup
plices libellos: uulgius
semidoctū supplicatio
nes. Cōpior & breues
appellari.

Iam pallente die flagrantia excita mundo
Pax elemētoꝝ fureret uel sicca propinquus.
Seu ret p stagna uapor limusq; sitiret
Puluere o ponti fundo, tunc unica phæbi
Insuetum clemens extinxit flamma calorem.
Hic aliquis tum forte getes dum falce recocta
Ictibus informat saxoꝝ cacuminat ensem.
Iam promptus caluisse tubis: iam iamq; frequenti
Cæde sepulturus terram non hoste sepulto
Claruit ut primum nomen uenientis auiti
Exclamat periit bellum: date rursus aratra.
Ocia si replico prisca bene nota quietis
Non semel iste mihi ferrum tulit, o pudor odii.
Tantum posse fidem, quid federalenta minaris.
In damnum mihi fide meum: compendia pacis
Et præstare iubes nos & debere: quis umq;
Crederet, en getici reges parere uolentes
Inferius regnasse putent: nec dicere saltim.
Desit obtentu possum te prelia nolle.
Pacem fortis amas: iam partos sternit auitus.
Insuper & geticas premissus continet iras
Messianus adhuc mandasti & ponimus arma.
Quid restat quid posse uelis? q; non sumus hostes
Parua reor prisco q; si mihi notus in actu es.
Auxiliaris ero uel sic pugnare licebit.
Hæc secum rigido uesus dum corde uolutat
Ventum inconspectu fuerat, rex atq; magister
Propter constiterant: hic uultu erectus: at ille
Lætitia erubuit ueniamq; rubore poposcit.
Post hinc germano regis hinc rege retento
Palladium implicitis manibus subiere tolosam
Haud secus insertis ad puluinaria palmis
Romulus & tacius fædus iecere parentum.
Cum ferro & rabidis cognato in marte maritis
Hersilia in heruit palantes colle sabinas
Interea incautum furtiuis uuandalus armis
Te capit: infido quam tibi burgundio ductu
Extorquet trepidas mactandi principis iras
Heu facinus in bella iterꝝ quartosq; labores
Perfida elisseæ crudescunt classica byrsæ.

Nutricis q̄ fata malum concenderat arces
Euandri massilla phalanx montesq̄ quirini
Marmorici pressere pedes: rur sūscq̄ reuexit
Quæ captiuia dedit quondam stipendia barche.
Exilium patrum: plebis mala principe cæso.
Captiuum imperium geticas rumor tulit aures
Luce noua ueterē cetus de more getarum
Contrahit: stat prisca annis: uiridisq̄ senectus
Consiliis squaleat: uestes ac sordida macro
Lintea pinguescunt tergo: nec tangere possunt
Alta te surram pelles ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.
Postq̄ in concilium seniorē uenit honora
Pauperies pacisq̄ simul rex uerba poposcit:
Dux ait optasse patriis securus in aruis
Emeritam fateor semper souisse quietem
Ex quo militiæ post munera trina superbum
Prefectoriæ apicem quarto iam culmine rexi
Sed dum me nostri princeps modo maximus orbis
Ignarum absentem procerē post mille repulsas
Adlitios post iura uocat uoluitq̄ sororis
Præconem mutare tubis: promptissimus istud
Arripuit officium uos quo legatus adirem
Fœdera prisca precor quæ nunc metus ille teneret
Iussissem si forte senex: cui semper auitum
Sectari creuisse fuit. tractare solebam
Res geticas olim: scis te nescisse frequenter
Quæ suasi non facta tamen. fortuna priorem
Arripuit genitum: periit quodcumq̄ merebar
Cum genitore tuo barbonem tabe solutum
Ambierat: tu paruuus eras: trepidantia cingens
Milia: & infames iam iamq̄ coegerat escas.
Iam tristis propriæ credebat before predæ
Si clausus fortasse perit cum nostra probauit
Consilia: & refugo laxauit mænia bello.
Teq̄ ipsum sunt ecce senes hoc pectore fultum:
Hæ flentem tenuere manus si forsitan altrix
Te mihi cum nolles lactandum tolleret: ecce
Aduenio: & prisci repeto modo pignus amoris.
Si tibi nulla fides: nulla est reuerentia patris

I durus pacemq; nega. prorumpit ab omni
Murmur consilio fremitusq; & prælia damna
Seditiosa ciet concordem turba tumultum.
Tum rex affatur dudum dux inclyte culpo
Poscere te pacem nostram: cum cogere possis
Seruitium trahere ac populos in bella sequaces.
Ne quæso inuidiam patrio mihi nomine' inuras
Q uid mereor si nulla iubes; suadere sub illo
Q uod poteras modo uelle sat est: solūq; moratur:
Q uod cupias nescisse getas: mihi romula dudum
Per te iura placent: paruumq; edissere iussit
At tua turba pater: docili quo prisca maronis
Carmina molliret scyticos mihi pagina mores
Iam pacem tum uelle doces: fed percipe que sit
Conditio obsequii rata forsitan pacta pbabis.
Testor roma tuum nobis uenerabile numen.
Et socium de marte genus uel quidquid ab æuo
Nil te mundus habet melius nil ipsa senatū
Me pacem seruare tibi uel uelle abolere
Q uæ noster peccauit auus: que fuscata id unum.
Q uod te roma caput sed di si uota secundant
Excidii ueteris crimen purgare ualebit.
Vltio præsentis si tu dux inclyte solum.
Augusti subeas nomen. quid lumina flectis?
Inuitum plus esse decet: non cogimus istud
Sed contestamur. romæ sum te duce amicus
Principe te miles: regnum non præripis ulli.
Nec quisq; latias augustus possidet arces
Q ua uacat aula tua est. testor non sufficit istud
Ne noceam atq; hoc utinam diademate siat.
Ut prosim suadere meū est. nam gallia si te
Compulerit qui iure potest tibi pareat orbis
Ne pereat dixit pariterq; in uerba petita
Dat sanctam cum fratre fidem: discedis autem
Mæstus: qui gallos scires non posse latere.
Q uid possint seruire getæ: te principe namq;
Ciuibus ut patuit trepidis te fædera ferre
Occurrunt alacres: ignaros ante tribunal.
Sternunt: utq; satis sibimet numerosa coisse
Nobilitas uisa est quam saxa niualia cocti

Cœtii. cœtias alpes
fortassis intelligit nului
bus & gelicidiis infor
mes hæ uocatae sūr co
etiæ a cœtio rege gal
lorū domitore: qui & i
amicitiā octauil recep
tus est: a segusia oppi
do incipiūt dñr & a ta
cito cottianæ.

Despectant uariis nec nunq̄ partibus ambit.
Tirreni:reniq̄ liquor:uel longa pyrene
Quam iuga ab hispano seclusam iura coherent
Agreditur nimio curarum pondere tristem
Gauden turba uirum:procer tum maximus unus
Dignus q̄ patriæ personam sumeret insit.
Quam nos per uarios dudum fortuna labores
Principes sub puerō laceris terat aspera rebus
Fors longū dux magne queri:cum quippe dolētum
Maxima pars fuerit patriæ dum uulneralugens
Sollicitudinibus uehementibus exagitaris.
Has nobis inter clades ac funera mundi
Mors uixisse fuit sed dum per uerba parentum
Ignauas colimus leges sanctumq̄ putamus
Rem ueterem p̄ damna sequi:portauimus umbram
Imperi:generis contenti ferre uetusti.
Et uitram:ac solitam uestiri murice gentem
More magis q̄ iure pati,promptissima nuper
Fulsit conditio proprias quas gallia uires
Exercet trepida dum maximus occupat urbem,
Immo orbem potuit si te tibi tota magistro
Regna reformasset quis nostrum bellica rura
Littus aremorici geticas quis mouerit iras.
Non latet:iis tantis tibi cessimus inclyte bellis
Nunc iam summa uocant dubio sub tempore regnū,
Non regit ignauus.postponitur ambitus omnis
Ultima iam claros quærunt post damna ticini
Ac trebiæ trepidans raptim respublica uenit
Ad fabium cannas celebres uarrone fugato.
Scyriadumq̄ etiam turgentem funere penum
Liuius electus fregit:captiuus ut aiunt
Orbis in urbe iacet princeps perit hic caput omne
Nunc habet imperium:petimus concende tribunal
Erige collapsos:non hoc modo tempora poscunt
Ut romam plus alter amet:nec forte reare
Te regno non esse parem:cum brennica signa
Tarpeium premerent scis tum respublica nostra
Tota camillus erat patriæ qui debitus ulti
Texit fumantes hostili strage fauillas.
Non tibi centurias aurum populare parauit

Pyrene.correpta pri
ma pñūciauit & tibul
l̄ his. tua bella pyrene
teitis;oceanī littora sā
tonici. Ticini,cateri
prima intēta p̄serunt.

Nec modo uenales numerosq; affe redemptæ
Concurrunt ad puncta tribus: suffragia mundi
Nullus emit: pauper legeris q; sufficit unum
Es meritis diues: patriæ cur uota moraris
Quæ iubet ut iubeas: hoc est sententia cunctis.
Si dominus sis liber ero fragor atria compleat
Tireni quo forte loco pia turba senatus
Detulerat uim: uota: preces. locus: hora: diesq;
Dicitur imperio felix: ac protinus illic
Nobilium excubias gaudens sollertia mandat.
Tertia lux refugis hiperiona fuderat astris.
Concurrunt proceres ac milite circumfuso
Aggere composito statuunt: ac torque coronant
Castrensi mestum donantq; insignia regni
Iam prius induerat solas de principe curas
Haud alio quondam uultu thirintius heros
Pondera suscepit: cœli: simul atq; nouercæ
Cum libyca se rupe gigas subduceret. & cum
Tutior herculeo sedisset machina dorso:
Nunc tibi roma dedi patulis dum gallia campis
Intonat augustum plausu faustumq; fragorem
Portat inexanguem boreas iam fortior austrum
Hic tibi restituet libyem per uincula quarta
Et cuius solum amissas post sæcula multa.
Pannonias reuocauit iter. iam credere prōptū est
Quid faciat bellis. o quas: tibi sepe iugabit
Inflictis gentes aquilis. qui maxima regni
Omnia priuat us fugit cum forte uianti
Excuteret præpes plebeium motus amictum
Lætior at tanto modo principe prisca deorum
Roma parens attolle genas: ac turpe ueternum
Depone. en princeps faciet iuuenescere maior.
Quam pueri fecere senem finem pater ore
Vix dederat: plausere dei: fremitusq; cucurrit
Concilio foelix tempus neuere sorores
Imperiis auguste tuis: & consulis anno
Fulua uolubilibus duxerunt sæcula pensis

Sidonii panegyricus finitur socero suo romæ dictus.
Edicio libelli scripta ad priscū valerianū uix pralectorū

Rrisce decus semper nostrum cui principe aucto
Cognatum sociat purpura celsa genus
Ad tua cum nostræ currant examina nugæ:
Dico state uagæ quo properatis? amat.
Districtus semper censor qui diligit extat.
Dura fronte legit mollis amicitia.
Nil totum prodest adiectum laudibus illud
Vlpia q[uod] rutilat porticus ære meo.
Vel q[uod] adhuc populo simul & plaudente senatu
Ad nostrum reboat concava roma sophos:
Respondent illæ, p[ro]perabimus: ibimus: & nos:
Num retines tanto iudice culpa placet.
Cognitor hoc nullus melior bene carmina pensat
Contemptu tardo: iudicio celeri
Et quia non potui temeraria sistere uerba
Hæc rogo ne dubites lecta dicare rogo:

Fælici domio pioq[ue] fratri dicit Sidonius suus salutē.

Ic dic q[uod] peto magne dic amabo
Felix nomine: mente: honore: fama:
Natis coniuge: fratribus: parente.
Germanis genitoris atq[ue] matris:
Et summo patruelium camillo.
Quid nugas temerarias amici
Sparsit quas teneræ iocus inuenæ
In formam redigi iubes libelli
Ingentem simul & repente fascem
Conflari inuidiæ & perire cartam.
Mandatis famulor sed ante testor
Lector quas patieris hic salebras
Non nos currimus aggerem uetus tum,
Nec quicq[ue] inuenies ubi priorum
Antiquas terat orbitas thalia.
Non hic antipodas salumq[ue] rubrum
Non hic mennonios canemus indos.
Auroræ face ciuica perustos.
Non artaxata susa: bactra charras.
Non cyrrham babilona personabo.
Quæ largum fluuio patens alumno.

Inclusum babit hinc & inde tigrim?
Non hic assyriis ninum priorem:
Non medis caput arfacem pro fabor
Nec q̄ diuite cum refugit hostem
Arsit sardanapallus in fauilla.
Non cyrum astiagis loquor nepotem
Nutritum ubere quem ferunt canino:
Cuius non ualuit rapacitatem
Vel lydi faciare gaza cresit
Cuius nec feritas subacta tunc est
Cæsis melibus ante cum ducentis
In uallis schyticæ coactus arcum.
Orbatæ ad thomiris ueniret utrem.
Non hic cecropios leges triumphos.
Vel si quo marathon rubet duello.
Aut cum milia mille concitaret
Inflatum numerositate xerxen.
Atq; hunc fluminibus satis profundis
Confestim ebitis adhuc sitisse.
Necnon thermopilas & hellis undas.
Spretis obicibus soli saliq;
Insanis equitasse cum cateruis:
Admissoq; in athon tumente ponto
Iuxta frondiferæ tacumen alpis
Scalptas classibus ille per eauernas.
Non prolem garamāticī tonantis
Regnis principibusq; principantem
Porrectas asiae loquar paterno
Actum fulmine peruolasse terras.
Et primuit darii tumultuantes
Prefectos satrapas que perculisse.
Mox porrum folio patrum superbū
Cognatosq; sibi deos crepantem.
Captis coniuge: liberis: parente
In casus hominis redire iussum.
Qui cum maxima bella concitasset
Tota & persidis undiq; gregatæ
Vno constituisset arma campo.
Hoc solum perhibetur assècutus.
Dormire ut melius liberet hosti.

Garamāticī. alexan
drum : qui se genitum
ioue hāmone lactabat
Darii . omnis erudi
torum schola cōsono
adstipulatu secunda in
tēta pserūt : cū prima
fit anceps : & bitempo
rea: & ad nutum carmi
nator. Quidiq; utq; ne
catorū darii fraude se
cūdi. Claudianus . Da
rium propriis manib⁹
uidere subactū . suppe
tunt sexenta ad hanc
rem explā: quæ prudēs
omitto.

Oeta. cū subculæ ueneno effuerescere: exsciat illâte: & circuſecus illum admordente cōgessitia
pyra iſiliē mortalitatē depofuit: fructus hebes gaudibudo cōnubio. De feruore cuius herculanæ
iterulæ graciū pueriū ē. & iſhi p. ne. B. Xo. s. hoc ē ardoris peplū. i corrūpētes: & criminātes a dianī
ræ poplo dductū pueriū: a quo succēs⁹ hercules tabuit. n. q̄ tēpestatē cētauros iūcit hercules: i q̄
b9 & neſſ⁹ numerat: appulit ad euenu amnē: inibi p̄itolat⁹ uiātes neſſ⁹ trāſretabat. postmō i tra
china ad caicū pximās hercules duxit una dianirā. Ip̄e qdē hercules fluuiū p̄trāſiuit. dianirā trāſ
duceret iuſſit neſſo: cui i ulteriorē rīpā abactae uolētiā p̄bat. Illa. p̄q̄ritatē hercules excīt⁹: arcu
correpto neſſi cor iuſſidū sagitta trāſuerberat: q̄ morti pxim⁹ ita deianiran alloquit⁹: Si forte phil
tron affectas: ut perpetim tuus sit futurus hercules fluētē de uulnere meo sanguinem absterges: quā faciēs ab illolugī
ter amaberis. Veniens
igif hercules in trachi
na exercitū abductur⁹
in aechaliā: ciuitatē cæ
pit: Iolen captiuā p̄x
dabidus abigit. Cæte
rum Toui charifteria li
tamina scilicet p̄ reſe
rendis gratiis iſtituta
sacrificaturus petit ab
uxore splēdidam & ho
norificētissimam ueſtē
Verum: quā circa iole
erāt haud quāq̄ neseia
deianira satagēſq; ne
ſecū maritus extremis
pedicis alligareſ: ſuſpi
cata philtrū ſanguine
neſſeo ueſtē pſpſit: quā
ſacrificaturus hercules
induit uirus hydræ mi
nime ratus: ſed iherēs
hoc corpori peplū car
nes lacerat herculane
as: qua ip̄e ſtrage omo
tus in trachina pperat
i deianirā: Illa. n. ut res
erat ppe ſiectas collū
ſuspēdiosa nodaū. her
cules iſſiḡit hyllo ex de
ianira filio natu grādi
ori iole i uxorē duceſt
ab iis i oetā mōtē pſici
ſcī: ubi pyra extruxit.
Eā iſcendēs ſuccēdi iu
bet. Nemie ſe ad iuſſū
herculis accigēre: pias
uēlēs ab offo ar̄mtitio
pyra ſuccēdit: cui ſagittas
lernao ueneo infe
ctas elargif pyra ſuccē
fa nebulā hero a circū
ſtetis ſumiferat toni
tri crepo pſonatē: cū i
celum comitata.

Non lectos myrias loquente silua
Dicam phasiaco ſtetisſe portu.
Forma percita cum ducis pelasgi
Molliret rapidos uirago tauros:
Nec cum terita cum ſuus colonis
Post anguis domiti ſatos molares
Armatas tremebundus inter herbas
Florere in ſegetem ſtuperet hostem.
Et pugnantibus hinc & hinc ariftis
Supra belliferas madere glebas.
Culmosos uiridi cruore fratres.
Non hic terrigenam loquar cohortem
Admixto mage uiuidain ueneno.
Cui preter ſpeciem modo carentem
Angues corporibus uoluminosis.
Alte ſquamea crura porrigentes
In ueſtigia fauce definebant.
Sic formæ tripliſis procax iuuentus
Tellurem pede proterens uoraci
Currebat capitum ſtupenda gressu.
Et cum classica numinum ſonabant.
Mox contra tonitrus refibilante
Audebat ſuperos ciere planta
Nec phlegræ legis ampliata rura.
Miſſi dum uolitant per aſtra montes
Pindus: pelion: oſſa: olympus: othris:
Cum ſiluis: gregibus: feris: pruinis.
Saxis: ſontibus: oppidis: leuati
Vibrantum ſpatiōiore dextra.
Non hic herculis excolam labores.
Cui ſus: cerua: leo: gygas: amazon.
Hospes: taurus: erix: aues: lycas: fur:
Neflus: libi: iuga: poma: uirgo: ſerpens
Oeta: thraces equi: boues hiberæ.

Luctator fluui⁹ acheron
lous; q̄ deianirā demorā
riēs colluctatus ē: & di
gladiatus aduersus her
culē multiiformis meta
morphosi . Pellaci .
blādiloquētulo: harpa
goni: pelliculatione lo
godadala corda ī suā
ipius sūiam pellicienti
Maro sic ulyxē appellat.
pellaciā qm̄ blandi
mto fallacio lo nautos
sliciat malaciā Increti⁹
uocauit naufragiorū ī
uitatiuam: uenatiuāq̄
ulyxes pellax a marōe:
cateris nō eodem uer
bo : sed eodē significā
tu iersutiloquax appe
lat. Subdola cum ıldet
trepidi pellacia pōti .

Saturnigena . chiro
ne ex saturno: & phylli
ra oriundo: propterea
phillides appellatur
Vergilio libro georgi
con tertio . phillides
chiron amithaoniusq;
melampus.

Luctator fluuius: catiſ triformis.
Portatusq; polus polum dederunt.
Non hic elida nobilem quadrigis.
Nec notam nimis amnis ex amore
Versus prosequar ut per ima ponti
Alphaeus fluat atq; transmarina
In fluctus cadat unda coniugales.
Non hic tantaleam domum retexam
Q ua mixtum pelopea per parentem
Prolis facta soror nouoq; monstro
Infantem gemuit pater nepotem.
Nil'mæſtum hic canitur nec esculentam
Fletus pingimus ad dapem thiestæ.
Fratriſ criminē qui miser uoratis
Viuum pignoribus fuit sepulchrum.
Cum post has epulas repente flexis
Titan curribus occidens ad ortum
Coniuiam fugeret: diem fugaret:
Nec phrix pastor erit tibi legendus
Decrescens cui dindimor reciso
Fertur uertice texuisse classem.
Cum iuſſu ueneris patrocinantis
Terres ebalias & hospitales
Raptor depopulatus est amyclas.
Prædam trans pelagus petens sequacem.
Sed nec pergama: nee decenne bellum.
Nec ſæuas agamennonis phalangas .
Nec periuria prosequar ſinonis.
Arx quo palladio dicata signo
Pellaci referata proditore:
Portantem pedites equum recepit.
Non hic meoniæ ſtido camæna
Ciuis dulichiiq; theſſaliciq;
Virtutem ſapientiamq; narro:
Quoꝝ hic peliaeo putatur antro
Venatu: fidibus palestra & herbis
Sub saturnigena ſene institutus.
Dum nunc luſtra terens puer ferarum
Paſſim per pholoen iacet niuosam
Nunc preſepibus accubans amatis

Scyriadum puellarū ex scyro insula: quādo apud scyri regem fuit expositus achilles: ubi & filiā regis dixit uxorem: quae ab insula scyrias dicit: Placiades i tertio mythologico scribit natum achillem velut hominē pfectum mater i aquas ītingit Stygias. i. durū cōtra omnis labores munit: Solum ei talū non tetigit. nihilominus illud physicum significare uolentes: q uenæ: quæ in tali sunt ad genū: femorū: atq uirilium rōnem ptineant: unde aliquæ uenæ usq ad pollicem tēdunt: quod trāctates & physici: & mulieres ad optinendos: & ischiacos eodē phlebotomāt loco: & épla stromētaticū: quē fisi dē africanus i astroso phiste uocauit: pollici & tali imponēdum p cepit. Nam & orpheus illum eē principalem li bidinis indicat locum.

Dormit mollius in iuba magistri.

